

# Le pergamene della Curia e del Capitolo di Nardò

## DOCUMENTI

### IV \*

1217, [agosto, ind. V,

Federico II imp. a IV, re di Sicilia a. XX,] Bernardo Gentile conte di Nardò a. IV.

Bernardo Gentile, conte di Nardò, offre *pro anima*, in ricordo di suo padre conte Simone e di suo fratello Ruggero, alla Chiesa Madre di Nardò la quarta della *mortuaria* di Nardò e di tutti i casali esistenti in quella parrocchia.

Orig., perg. n. 4, di cm. 32x23, in pessimo stato, in maggior parte mutila e deleta. 1

*(Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo septimo decimo. Regnante domino nostro Friderico invictissimo) Romanorum rege (semper augusto anno quarto et regni Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue anno vigesimo. comitatus autem) nostri anno quarto (mense augusti inductionis quinte. Quia inter cetera beneficiorum et elemosinarum genera. illa precipue prerogativam) obtinent karitatis que de pur(o corde et optimo Matri Ecclesie devotissime conferuntur. ideo nos Bernardus Gentilis Dei et regis gratia) comes Neretinus capitaneus et magister iustitie Apulie (et Terre Laboris. considerantes devotionem quam gerimus circam Neritonensem Matrem) Ecclesiam et dominum Paulum venerabilem ipsius ecclesie abbatem reverendissimum in Christo (patrem et consanguineum nostrum pro remedio anime comitis) Simonis Gentilis patris nostri et Rogerii Gentilis fratris nostri bone memorie (aliorumque parentum nostrorum pro remissione etiam nostrorum) peccaminum offerimus et concedimus eidem Matri Ecclesie et pref(ato) venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum quartam) totius mortuarie mortuorum Neretonis (et omnium casalium in parochia Neretonensi existentium ut de cetero idem venerabilis abbas eiusque successores et rectores ipsius ecclesie predictam quartam mortuarie mortuorum absolute et sine aliqua contradictione habeant et obtineant. statuentes ut si quis ausu temerario contra hanc nostram concessionem et oblationem venire presumpserit.*

---

\* Per il cenno introduttivo e i primi 3 docc. v. in «*Studi Salentini*», IX, giugno 1960, pp. 23-57.

*centum regalium auri de pena multetur. medietate eidem Ecclesie Materi et alia medietate nostre Curie concedenda, ut autem hec nostra concessio et oblatio perpetuum robur et) memoriam obtineant presens (privilegium per manus iudicis Matthei de) Monopo(lo) fidelis no(stri, scribi iussimus) et subscriptione nostra et nostrorum fidelium (roborationis anno mense et) indictione pretitulatis.*

- + *Nos (Alt)berga Dei et regis gratia com(itissa Neretoni).*
- + *Nos Berardus Gentilis (Dei et) regis (gratia) comes Neretinus 2 capitaneus et magister iusticie Apulie et Terre Laboris predicta 3 confirmamus.*
- + *Nos Robertus Gentilis quod superius dictum est confirmamus.*
- + *Nos Gualterius Gentilis predicta confirmamus.*
- + *Signum proprie manus Goffredi de Lacu.*
- + *(Ego R)iccardus Bucca(riellus interfui).*
- + *(Signum proprie manus Parisi de Planella comestabilis interfui.*
- + *Signum manus Beraldii de Tutiluno castellanus interfui.*
- + *Nicolaus de Abbatे domini comitis senescalcus.*
- + *Ego qui supra iudex.*
- + *Signum manus proprie Nicolai de Aradeo.*
- + *Ego Gualterius notarius testis sum).*

1 Poche sono le parole oggi leggibili sulla pergamena: poche sono chiare, altre si intravedono appena e, quel che è peggio, non c'è un sol rigo del testo che sia restato intatto. In tali condizioni, senza dubbio peggiori che pel documento n. 2, del 1104, trattandosi non più di colmar lacune o di ricostruire, sulla scorta di Ughelli, (op. cit., X col. 299-300) una metà del documento, ma addirittura di rifarlo tutto, avrei volentieri fatto a meno di trascriverlo; ma la presenza nel testo di un *comes neretinus* nel 1217, e l'offerta all'abate Paolo della *totius mortuarie mortuorum* e la polemica accesa da Antonucci in «Rinascenza Salentina» 1940 (n. 3-4, pp. 221-22) per una probabile falsità del documento suscitano ancora un vivo interesse.

Alle poche parole leggibili aggiungo, perciò, tra parentesi (e, questa volta, sono tonde perchè non posso assumere responsabilità di un testo così rifatto) la trascrizione dell'Ughelli: essa, è vero, come pel diploma del conte Goffredo nel 1104, è l'unica fatta sull'originale (mentre pei documenti n. 1 e n. 3 avevo l'altra edizione, migliore e pure tratta dall'originale, del Guerrieri che ho potuto perciò li preferire) ed è probabile che Ughelli o chi lesse per lui, avesse tra le mani il diploma intatto o lo vedesse almeno in condizioni migliori di quelle attuali, si da poter saperne qualcosa più di noi. Ma ho pure troppe volte constatato errori, a volte inverosimili, in Ughelli per poter contare su questa così estesa integrazione. Antonucci, invece, che l'originale non vide e riteneva disperso, si fidò di Ughelli quando parlò di falso storico e diplomatico.

Ora, io ritengo prudente lasciare ai più esperti medievalisti l'accertare se sia o no effettivamente esistita una contea sveva di Nardò, per l'autenticità del documento dal punto di vista storico; ma dal punto di vista paleografico osservo che — per quel poco che si legge — non ci sono, nel materiale scrittorio, nella scrittura, non dissimili da quelli dei documenti coevi, elementi per giudicare il diploma apocrifo, e diplomaticamente (cioè per un'eventuale falsità riscontrabile nelle formule diplomatiche), anche se noto che l'anno di regno di Federico *Romanorum rex* dovrebbe esser *quinto* non *quarto*, e le sottoscrizioni di Parisi de Planella, per esempio, e di Beraldus de Tutiluno suonano strane, non dimentico che tutto ciò si legge oggi solo in Ughelli ma, sull'originale, delle formule diplomatiche eventualmente da esaminare e giudicare non resta intera nessuna.

2 Ughelli: *Nereti.*

3 Ughelli: *supradicta.*

## V

1353, agosto 28, ind. VI,

Ludovico re di Sicilia a. V e Giovanna I regina a. XI, Napoli.

Il re Ludovico e la regina Giovanna rimettono a Filippo *de Sancto Blasio* barone di Terra d'Otranto, gli eccessi da lui commessi contro il conte di Melfi Gran Senescallo del regno pel possesso della terra di Carovigno che Filippo, ricevuta in feudo dalla R. Curia, ha da pochi giorni ceduto al conte di Lecce Gualtiero di Brienne, duca di Atene, permutandola col casale di S. Cosma, con una parte del casale di Colometo e una parte di quello di Furcignano.

Orig., perg. n. 5, di cm. 33x48, in buono stato nonostante qualche foro e abrasione.

*Lodovicus et Iohanna Dei gratia rex et regina Ierusalem et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comites. universis presentium seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Facit personae condicio ut non solum sibi premium meritum vendicet set sue consideracionis intuitu gracias aliis cum benignitate procuret. Sane sicut nobis et Curie nostre constat proximis diebus preteritis inter spectabilem Gualterium Atthenarum ducem ac Brenne et Licii comitem affinem nostrum carissimum tenentem de antiquo feudo immediate et in capite a nostra Curia casale Furciniani de provincia Terre Ydronti cum hominibus vassallis iuribus et pertinenciis suis omnibus sub certo feudali servicio seu adoha [...]is vicibus proinde Curie nostre prestando ex parte una. et Philippum de Sancto Blasio militem baronem Terre Ydronti de novo feudo tenuentem immediate et in capite a nostra Curia terram Carovinee possumus in eadem provincia Terre Ydronti similiter cum omnibus vassallis iuribus et pertinenciis illius omnibus sub servicio duorum militum ipsis Curie proinde prestando ex altera. permutacionis contractus fuit ad invicem in modum qui sequitur celebratus videlicet. quod idem dux in vicem permutationis huiusmodi imperpetuum dedit alienavit traddidit ac assignavit eidem Philippo pro dicta terra Carovinee prefatum casale Sancti Cosme dictam certam partem casalis Colometi et dictam certam partem casalis Furciniani cum hominibus vassallis et pertinenciis memoratis. Et prenominatus Philippus ex causa permutationis eiusdem dedit traddidit et assignavit eidem duci dictam terram Carovinee cum hominibus vassallis iuribus et pertinenciis suis omnibus supradictis. Et nichilominus ad tollendum super his cuiuslibet dubietatis et contradictionis anfractum. vir nobilis Nicolaus de Aczarolis comes Melfie magnus regni Sicilie senescallos consiliarius et fidelis noster dilectus. sicut ei fuit placidum atque gratum. omne ius omnemque actionem sibi competens et competentem seu quod et que potuisset ei competere vigore cuiuscumque concessionis et donacionis sibi facte seu alio modo quocumque in et super dicta terra Carovinee sponte et libere in eundem ducem irrevocabiliter transtulit atque cessit et in suis manibus renunciarit expresse. finem pactum et quietacionem ei fa-*

ciens de ulterius non petendo. nostris assensu et confirmatione inter-  
venientibus ad predicta prout hec et alia in patentibus nostris licteris  
pendentibus Maiestatis nostre sigillis munitis pro ipsarum partium  
cautela confectis plenius et seriosius continentur. Cumque predictus  
Philippus de Sancto Blasio, cum quo idem dux ut predicitur permuta-  
vit. eo presertim tempore quo dictus magnus senescallos pretendebat  
dictam terram Carovinee per se et alios suo nomine possidere. crimi-  
natus fuisse ponatur quod ipse. nostris regiis et regalibus licteris sub  
certa verborum serie tunc pro dicto magno senescallo directis datis  
per eum pre[....]lis in concessione predicta. una cum quam pluribus  
suis complicibus atque sequacibus dictum magnum senescallum seu  
familiares et officiales suos eius nomine tenentes et possidentes 1 di-  
ctam terram Carovinee hostiliter et de facto armata manu possessione  
eiusdem terre ac violenter autoritate propria spoliavit. certis homini-  
bus propterea interemptis pluribusque aliis disrobatis ac percussis et  
lesis. et quod nonnulla alia super predictis commissa fuerunt. eo tunc  
per ipsos. crimina et excessus de quibus omnibus idem Philippus se as-  
serit penitus innocentem. fuit pro eiusdem ducis parte eidem Maiestati  
nostre actencius supplicatum ut. pro securitate status eiusdem Philippi  
et aliorum suorum sequacium. rigorem iusticie molliendo clemencie le-  
vitate cum eis benigne agere humanitate dominica dignaremur. Nos  
igitur in consideracione ducentes quod dictus magnus senescallos. in  
nostri presencia constitutus. intuytu dicti ducis pro se officialibus et  
familiaribus suis eidem Philippo et suis sequacibus atque complicibus  
qui qui forent remisit omnem offensam et culpam premissorum causa  
vel occasione commissas prout spectabat et spectare poterat ad eundem.  
et attendentes alias quod nichil sicut humanitas censemur peculiare  
principibus. per quam immitatio divina servatur. ac eligentes. consi-  
deracione dicti ducis devote proinde supplicantis cuius supplicacioni-  
bus amabiliter assentimus. misereri propterea potius quam ulcisci om-  
nem offensam ac penam et culpam quam seu quas dictus Philipus ac  
alii sui complices et sequaces qui qui sint et eorum quilibet pro premissis  
criminibus homicidiis et delictis ac quibuscumque excessibus aliis  
dependentibus ex eisdem modo quocumque propterea incurrisse no-  
scuntur. vigore presencium de certa nostra sciencia et speciali gratia  
in quantum nostra Curia tangitur dictusque magnus senescallos pro se  
officialibus et familiariibus suis ut] predicitur etiam exigi posset il[.....]  
remictimus et misericorditer relaxamus. mandantes expresse de  
ipsa certa nostra scientia futuro magistro iusticiario regenti Curiam  
Vicarie regni Sicilie et iudicibus eiusdem necnon iusticiariis Terre  
Ydroniti ac universis et singulis iusticiariis capitaneis et officialibus aliis  
dicti regni. cuiuscumque sint appellatione distincti. ad quos spectat seu  
spectare poterit presentes licteras inspecturis presentibus et futuris. ut  
prefatis Philippo aliisque suis complicibus atque sequacibus huiusmodi re-  
missionis relaxationis et indulti nostri gratiam servantes tenaciter et ser-  
vari ab aliis quantum in eis fuerit inviolabiliter facientes adversus eos vel  
ipsorum aliquem premissa occasione vel causa contra formam presencium  
aliquatenus non procedant nec ipsos vel ipsorum aliquem exinde impetant  
quomodolibet seu molestent. Nos enim omnem processum contra ipsum

*Philippum aliosque suos complices et sequaces per eos seu ipsorum alterum propterea habitum vel habendum de ipsa certa nostra sciencia revocamus et annulamus ac nullum et vacuum fore decernimus ac etiam declaramus. In cuius rei testimonium presens indulti scriptum exinde fieri et pendentibus Maiestatis nostre sigillis iussimus communiri. Datum Neapoli per manus Sergii domini Ursonis de Neapoli militis iuris civilis professoris Magne nostre Curie magistri racionalis vice prothonotarii regni Sicilie anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio die vicesimo octavo augusti sexte inductionis. regnorum nostri regis anno quinto. nostre vero regine anno undecimo. Uncias quatuor. U. de Morellis.*

1 Cosi nella pergamena.

## VI

[1362, giugno 8, ind. XV,

Roberto imp. di Costantinopoli a. XVII]. principe di Taranto a. XX[XI], [.....]

Roberto principe di Taranto ordina al suo giustiziere nel principato e ai dazieri di Nardò di non molestare i primi compratori dei frutti prodotti nei giardini e altri possedimenti del monastero di Nardò, in riconoscimento della immunità che questo gode *ab antiquo* da ogni contributo e onere fiscale.

Orig., perg. n. 6, di cm. 18x33, in pessimo stato, lacera e deleta. In transunto nel diploma del 1470, perg. n. 11, che non viene trascritta integralmente perchè in pessimo stato, ma qui ci soccorre per integrare la perg. n. 6, finchè possibile. 1

*Robertus Dei gratia imperator Constantinopolitanus Romanie despotus Achaie et Tarenti princeps. iusticiariis et vicariis principatus nostri Tarenti necnon daciariorum ac quibuscumque officialibus terre nostre Neritonii quocumque titulo seu denominacione notentur presentibus et futuris devotis nostris salutem et dilectionem sinceram. Peticio pro parte venerabilis viri fratris G(uillelmi) abbatis Neritonensis cappellani et familiaris nostri porrecta nostro culmini noviter continebat quod licet monasterium suum Neritonense pro se ac hominibus dominibus vineis iardenis possessionibus bonis et rebus aliis monasterii supradicti fuerit ab antiquo et sit eciam ab omni onere solucionis et contribucionis tam generalis subvencionis atque collecte quam aliorum onerum quorumcumque fiscalium per universitatem terre Neritonii nostre Curie pro tempore debitaram immune pariter et exemptum. tamen per datia in ipsa [terra] per nostram Maiestatem ut ponitur ordinata iardenerii et primi emptores fructuum iardenorum et possessionum ac aliarum rerum monasterii*

*supradicti in contribucione datii huiusmodi et aliorum o[nerum] per universitatem dicte terre Neritoni seu singular[es deci]mas ipsius de[putatas] 2 ad hoc multiplicitate impetuntur [et] diversimode molestantur in libertatis prefati monasterii ac ipsius iu[rium maxi]mum detrimentum. Et pro ipsius parte Maiestati nostre [humiliter] supplicato ut providere super [hoc] de oportuno remedio dignaremur. nos sacra monasteria libertatesque [ipsorum]. prout tene[mur ex presidencie debito]. specalibus favoribus amplectentes [devocioni] vestre de certa [nostra scien- cia tenore] presencium [litterarum]. unciarum 3 viginti quinque a vestr[u]m quolibet si secus non fe[ceritis] 4 pro parte nostre Curie irremisibiliter exigenda. districte precipiendo mandamus quatenus vos daciaria et officiales alii ad quos spectat prefatum monasterium [...] iardenerios ac primi emptores fructuum eorundem in eorum libertate solita conservantes nihil ratione datorum huiusmodi [...]bus proven-tibus et possessionibus monasterii supradicti a prefatis colonis iardeneriis [...] volumus exigatis aut exigi per alios permictatis. Vosque iusticiarii et vicarii si prefati daciarii et alii officiales ad quos [...] aliquid premissa de causa a prefatis colonis iardeneriis aut primis em-potoribus indebit[e] [...] a prefatis datariis vel aliis officialibus qui talia actentare presumpserint pro parte nostre Curie infallibiliter [...] litteris et mandatis aut ordinacionibus quibuscumque contrariis factis vel in antea faciendis [...] de illis vel aliqua eorum cautela specialis esset in presentibus mencio facienda non obstante [...]. Presentes au-tem litteras post oportunam inspectionem earum remanere volumus [...] millesimo trecentesimo sexagesimo secundo die octavo iunii XV inductionis. imperii nostri anno XVI. principatus vero anno XX[XI]..... cancellarium.*

*Registrata in Cancellaria. [Jo. Vaglan.]*

1 Le integrazioni dalla perg. n. 11 vengono messe tra parentesi quadre; pur tra parentesi quadre vengono chiusi i puntini che sostituiscono i passi illegibili o laceri nelle due pergamene.

2 Nonostante le integrazioni, il passo non mi pare troppo chiaro. Probabilmente c'è qualche omissione o errore nella perg. n. 11.

3 Anche qui le integrazioni dalla perg. n. 11 non sembrano sufficienti. Probabilmente nel testo originale doveva leggersi: *sub pena* viginti.

4 Da qui fino alla fine nella pergamena n. 6 quasi nulla più si legge. Si integra perciò con la pergamena n. 11, anch'essa peraltro lacunosa.

## VII

1374, febbraio 20, ind. XII.

Giovanna I regina di Sicilia a. XXXII - Napoli.

La regina Giovanna I, su richiesta dell'università di Nardò, vieta l'importazione di vini forestieri, per non danneggiare la produzione locale.

Orig., perg. n. 7, cm. 22x30,5, in buono stato.

Copia cart. del 1715, in cattivo stato, svanita.

*Iohanna Dei gratia regina Ierusalem et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa. universis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris. Plerumque copia parit inopiam. nam cum habundantia usualium rerum exuberat. consequens est ut earum precium cum vilipensione decrescat. Sunt igitur in his congruis modis adhibendia 1 remedia conditione rerum et temporum provise prospecta. Sane universitas terre Neroniti nostrorum fidelium per certos eius sindicos et nuncios nobis super insinuare curavit quod. licet pingues facultates non habeat. inter alia tamen hominum necessaria victui fertilitate vini signanter habundat. Set quia ut subditur ad terram ipsam per quam plures cives et exteros tam per mare quam per terram venale vinum assidue devehitur non absque gravi contingit ipsorum dispendio civium ut eorum vinum proprium a sui precio decidat. etiamsi forense aliud sui bonitate precellat. Sicque dicte universitatis apud nos humilis supplicatio instituit ut cum pecunie gravem penuriam. qua pro publicis ac privatis supportandis oneribus continue opus habent. remediabiliter possent ex ipsis vini proprii venditione redimere ubi contingerit in terram ipsam vinum aliud de locis altrinsecis non immitti venale. prohibere de cetero fieri immissionem huiusmodi de universitatis nostre presidio benignius dignaremur. Nos autem nostrorum fidelium comoda libenti animo prosequentes hanc eorumdem Neroniensium supplicatione deflexe harum serie de sciencia nostra certa prohibemus quod nemo exterus. cuiuscumque status et conditionis existat. audeat vinum in dictam terram portus maritimas et territoria eius immittere. et abinde extrahere nisi vinum quod emere forte voluerint ab hominibus dicte terre. de vino videlicet quod ex vineis et possessionibus eorum proveniet. Cives tamen et incole dicte terre. vinum scilicet quod ex eorum vineis non aliunde eis provenit. immittere in dictam terram portus maritimas et territoria ipsius et abinde extrahi possint et valeant pro eorum arbitrio voluntatis. Nisi forsitan tempestate maris seu vi ventorum aliquod vassellum oneratum vino per dictum litus seu portum transiens vel declinans illuc exoneraret vinum ipsum in portu terre predicte. quo casu cessante procella maris et tempestate predicta licet vinum ipsum exoneratum onerari facere in dicto vassello quocumque voluerit deferendum. vel alias vassellum huiusmodi sic oneratum transiens non exoneraret illud in portu prefato. ad quos quidem casus prefata inhibito aliquatenus non trahatur. dummodo illud non vendat ibidem. Mandantes harum seriem tam presenti iusticiario et vicario principatus Tarenti quam successive futuris officialibus nostris aliis quocumque nomine censeantur ut ipsam inhibitionem et concessionem nostram subiacentibus penalibus congruis faciant firmiter observari. Datum Neapoli per magnificum virum Ligorium Zürulum de Neapoli militem logothetam et protonotarium regni Sicilie dilectum collateralem consiliarium et fidelem nostrum anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto die vicesimo februarii duodecime indictio-*

*nis regnorum nostrorum anno tricesimo secundo. Marinus de Porta.  
Habetur cedula domine, tarenos sex.*

*Reliqua medietate non taxata de mandato domine.*

*Sulla piega: Registrata in Cancellaria penes prothonotarium. Regi-  
strata in Camera.*

1 Così nella pergamena benchè la seconda i vi sia leggermente cancellata.

VIII

1374, luglio 26, ind. XII.

Giovanna I regina di Sicilia a. XXXII, Casasana (Castellammare di Stabia).

La regina Giovanna, su istanza di Filippo de *Sancto Blasio* signore del casale di S. Vito degli Schiavi, ordina al giustiziere del principato di Taranto di vigilare perchè gli uomini di S. Vito non siano più molestati dai baiuli della terra di Ostuni.

Orig. perg. n. 8, di cm. 22x36, in discreto stato, tagliata a metà nella piegatura.

*Iohanna Dei gratia regina Ierusalem et Sicilie ducatus Apulie et  
principatus Capue Provincie et Folcalquerii ac Pedimontis comitissa.  
iusticiariis et vicariis principatus Tarenti presenti et successive futuris  
vel ipsorum locatenentibus fidelibus suis gratiam suam et bonam vo-  
luntatem. Philippus de Sancto Blasio miles baro Terre Ydronni utilis  
dominus ut ponitur casalis Sancti Viti de Sclavis de provincia Terre Y-  
dronni tam pro se quam nomine et pro parte hominum dicti casalis vas-  
sallorum suorum fidelium nostrorum Maiestati nostre reverenter exposuit  
et cum querela monstravit quod licet dictum casale Sancti Viti habuerit et  
habeat per se territorium distinctum et seperatum 1 per fines et terminos  
suos et in nullo confinitimum territorio terre Hostuni. tamen baiuli dicte  
terre Hostuni eorum iuribus non contenti set fines et terminos territorii  
eorum impertinenter et indebit excedentes intrant violenter autoritate  
propria territorium dicti casalis Sancti Viti et predantur perperam ani-  
malia eorundem hominum dicti casalis ipsosque compellunt iniuste ad  
affidandum se cum eisdem baiulis. extorquendo propterea illicite ab eis  
contra consuetum et debitum diversas pecunie quantitates in iuris iniu-  
riam et ipsorum exponencium preuidicium satis grave. Super quo no-  
stra humiliiter provisione petita. nos pati nolentes quemquam de fi-  
delibus nostris gravari [.....] 2 baiulis terre Hostuni ubi rem invene-  
ritis (pos)itioni concordem et aliud non fore in contrarium [.....] 3  
et mandes eisdem sub formidabili certa pena per te ab illis pro parte  
Curie si contrafecerint irremissibiliter exigenda quod ab [..... mole]-  
stacionibus illicitis et extorsionibus indebitis de cetero penitus et omni-  
no desistant. vosque alii iusticiarii et vicarii successive futuri baiuli di-*

*cte terre qui pro tempore fuerint quod ad predictas molestationes iniurias et extorsiones indebitas non procedant nec se ingerant modo simili officiorum vestrorum temporibus compescatis. ita quod non sit opus semper has scripciones nostras alias inculcare. Presentibus post oportunam et debitam inspectionem earum remanentibus presentanti efficaciter modo premisso in antea dum opus fuerit valituris. Datum in Casasana prope Castrum Maris de Stabia per virum magnificum Ligorium Zurulum de Neapoli militem logothetam et protonotarium regni Sicilie collateralem consiliarium et fidelem nostrum anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto die vigesimo sexto eiusdem duodecime inductionis regnorum nostrorum anno trigesimo secundo. Tarenos quattuor. Iacobus de Madio. Registrata in Cancellaria. Registrata in Camera.*

1 Così nella pergamena.

2 La pergamena è lacera nella piega; è pertanto illeggibile quasi tutto un rigo.

3 Per il guasto di cui alla nota precedente, anche qui è illeggibile una parte del rigo.

## IX

1399, giugno 15, ind. VII,

Ladislao re di Sicilia a. XIII, Campofelice (Casalnuovo)

Il re Ladislao dà il suo assenso alla donazione, fatta da Pippa de *Sancto Blasio* a suo marito Luigi de *Ugoth*, del casale di S. Vito degli Schiavi per sè e i suoi eredi, tanto se nati dalla donante quanto se nati, in caso di sua morte, da qualunque altra moglie.

Orig. perg. n. 9, di cm 29x49, in buono stato, ha solo qualche foro nelle piegature.

*Ladizlaus Dei gracia Hungarie Ierusalem et Sicilie Dalmacie Croacie Rame Servie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex Provincie Forcalquerii ac Pedimontis comes. universis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris. Subiectorum nostrorum compendiis ex affectu benigne caritatis accedimus. quo fit ut ipsorum petitionibus graciosum assensum facilem benignius prebeamus. Sane pro parte Loysii de Ugoth fidelis nostri dilecti fuit Maiestati nostre noviter expositum reverenter quod olim anno Domini millesimo tricesimo nonagesimo octavo die scilicet quarto decimo mensis aprilis sexte inductionis apud Sanctum Vitum de Sclavis de provincia Terre Ydronti constitutis in testimonio publico dicto exponenti ex parte una. et' Pippa de Sancto Blasio uxore dicti Loysii ac Iohannella de Sancto Blasio sorore dicte Pippe et Antonello de Montefusculo viro ipsius Iohannelle ex parte altera. prefata Pippa factis per eam in dicto testimonio publico certis*

dissencionibus. volens cum dicto Loysio viro suo agere gracie. sponte et bona fide. consideratis certis gratis et acceptis serviceis ac expensis et laboribus subportatis per dictum Loysium in quodam litigio et non-nullis aliis causis in utilitatem et comodum dicte Pippe certisque aliis iustis consideracionibus inducta. casale et castrum Santi Viti predicti de provincia Terre Ydronti titulo donacionis irrevocabiliter inter vivos donavit et dedit Loysio supradicto viro suo presenti et recipienti tunc donacionem eamdem pro se et heredibus suis nascituris non solum ex ipsis Loysio et Pippa coniugibus set ex quacumque alia coniuge et uxore assumenda et recipienda per dictum Loysium in casu mortis predicte Pippe. cum hominibus et vassallis serviciis personalibus et realibus subventionibus ac iurisdictionibus. territorio ipsius. terris cultis et incultis pascuis pratis nemoribus silvis edificiis aquis aquarumque decursibus excadenciis fructibus iuribus redditibus et proventibus suis omnibus ac iuribus et rationibus et pertinenciis suis omnibus ad ipsum casalem spectantibus et pertinentibus quoquomodo et cum integro statu eorum casalis et castri predictorum. Nichil sibi reservans dicta Pippa insuper dictis casalis et castro Santi Viti nisi prout infra describitur. set totum predictum casale et castrum cum pleno iure et integro statu ac dominio utili et cum omnibus et singulis supradictis et aliis iuribus quibuscumque transferens in ipsum Loysium presentem et recipientem ut supra pro se et heredibus suis predictis prout hec et alia in quodam instrumento publico exinde facto ponuntur plenius contineri. Cumque eo quod res pheudalis tangitur. expediens exponens ipse sibi fore cognoscat quod in predictis noster assensus interveniat prout est de regni consuetudine atque usu propterea Maiestati nostre supplicavit humiliter ut premissis dacioni et donacioni assentire benign[e] illisque confirmacionis nostre robur adicere de benignitate nostra dignaremur. Nos vero fidelium nostrorum acta compendia gratis affectibus prosequentes pro consideracione quoque fidelitatis supplcantis eiusdem. premissas dacionem et donacionem ratis et gratas habent[es ....]s quatenus tamen alias rite et provide facte sint. veris quidem existentibus plene ratis nec mutata natura pheudi partes que tanguntur non obstante quod super bonis pheudalibus procexisse noscantur. assentimus ex gratia illa [.....] in[...] exinde subsequente cum singulis contentis in eo tenore presencium de certa nostra sciencia confirmamus acceptamus et approbamus nostreque confirmationis a[ssecura]cionis et approbacionis munimine roboramus. volentes et decernentes expresse quod tam dicta dacio et donacio quam presens noster assensus et confirmacio eidem Loysio efficaciter stabiles et incommutabiles sint reales. Volumus insuper et presentibus declaramus quod dictus Loysius infra menses tres a die data presencium in antea numerandos per nostras licteras penes nostros thesaurarios transcribi et anotari facere teneatur ut tempore quo in regno nostro Sicilie militare servicium baronibus et pheudotariis aliis dicti regni Sicilie generaliter indicetur contingat eundem Loysium vel suos heredes tamquam novos possessores et dominos dictorum casalium et manualiter et habiliter reperiri. alioquin presens nostra gracia nullius roboris censeatur fidelitate insuper nostra dicto modo pheudali servicio

*pro dictis castro et casalis Curie nostre debito nostris aliis et cuiuslibet alterius iuribus semper salvis. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri et magno nostro pendenti sigillo iubsimus 2 sigillari. Datum in Campo nostro Felici prope et contra Casale Novum in absencia logothete et prothonotarii regni nostri Sicilie eiusque locumtenentis per virum nobilem Donatum de Aretio legum doctorem locumtenentem cancellarii dicti regni consiliarium et fidelem nostrum dilectum anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono die quindecimo iunii septime indictionis regnorum nostrorum anno tertio decimo.*

---

1 Una piega della pergamena rende difficile la lettura.

2 Così nella pergamena.

## X

1465, settembre 30, Napoli.

Re Ferdinando ordina a suo figlio Federico, luogotenente generale in Terra di Bari e Terra d'Otranto, di riassumere e concludere il processo intentato dal vescovo di Nardò contro il demanio regio pel recupero della giurisdizione sugli Ebrei toltagli dal defunto principe di Taranto.

Orig., perg. n. 10 di cm. 31x40, in buono stato; è solo lesa nella piega.

*Ferdinandus Dei gratia rex Sicilie Ierusalem et Hungarie illustrissimo et carissimo filio nostro Federico de Aragonia in provinciis terrarum Bari et Ydroniti nostro generali locumtenenti paterni amoris affectionem. Noviter pro parte reverendi in Christo patris et dilecti consiliariorum nostri L. 1 episcopi Neritonensis fuit Maiestati nostre reverenter expositum quod cum sue Ecclesie fuissent subiecti nonnulli iudei, incole et habitantes in dicta civitate Neritonii a tanto tempore cuius in contrarium memoria hominum non extabat, fuit prefata sua Ecclesia a possessione et tenuta dictorum iudeorum indebita et minus iuste a quondam illustre principe Tarenti destituta et spoliata. Et cum dicta civitas Neritonii devenisset ad nostrum demanium prefatus episcopus intendens recuperare iurisdictionem sue Ecclesie egit causam suam coram vobis seu vestro consilio, et cum fuisset in causa ipsa processum usque ad sententiam exclusive certis nationibus sive causis fuit in causa ipsa per vos dictumque vestrum consilium supersessum, nec fuit causa ipsa decisamente determinata in grave damnum et preiudicium ipsius episcopi et Ecclesie prelibate. Et propterea prefatus episcopus Maiestati nostre supplicavit humiliter ut super predictis de oportuno iuris remedio benigne providere dignaremur. Nos vero considerantes quod interesse Ec-*

clesie tangitur. quibus quantum possumus favere intendimus. volumus et vobis per presentes intentum nostrum declaramus quatenus assumpto et reviso dicto processu in causa ipsa procedatis seu procedere faciatis ipsamque debito fine demandetis ac decidatis sententiando et pronunciando. et omnia alia et singula in ea faciendo que de iure fieri debent. Et si per merita dicte cause vobis constituerit dictos iudeos fuisse et esse debere iurisdictioni dicte Ecclesie subiectos. prefatum episcopum nomine dicte sue Ecclesie in possessionem dictorum iudeorum ponatis et immittatis positumque et immissum in ea manuteneatis protegatis et defendatis viriliter contra omnes. nec non responderi faciatis per dictos iudeos ipsi episcopo de omnibus et singulis iuribus et servitutibus eidem episcopo per iamdictos iudeos debitiss et de[bel]re spectantibus. Committentes vobis in premissis [.....] dependentibus emergentibus et connexis ex eis auctoritatem et potestatem [nostram.....] presenti. Et insuper quia prefatus episcopus tam serenissimo regi patri et domino nostro colendissimo memorie recolende quam nobis maxima servitia et omni remunerazione digna prestit. et propterea intendimus ut equum est et tenemur ipsum speciali nostra gratia prosequi. volumus et vobis intentum nostrum declaramus quatenus prefatum episcopum dictamque suam Ecclesiam in omnibus iuribus actionibus preheminentiis et dignitatibus eius faveatis presidiis et auxiliis oportunis. et contrarium non faciatis nec fieri permittatis aut patiamini quanto nobis obedire vultis. Presentes autem litteras magno Maiestatis nostre pendenti sigillo munitas vobis propterea dirigentes quas post earum oportunam inspectionem restitui volumus vicibus singulis presentanti. Datum in Castello nostro Novo Neapolis per spectabilem et magnificum virum Honoratum Gaytanum Fundorum comitem huius regni logothetam et protonotarium collateralem consiliarium fidem nobis plurimum dilectum. die ultimo septembbris anno Domini millesimo quatricentesimo sexagesimo quinto. Rex Ferdinandus.

1 Trattasi di Lodovicus de Pennis, allora vescovo di Nardò.

## XI

11[74], maggio 3, Anagni.

Alessandro [III] pp. ordina al clero, ai baroni e ai cittadini di Nardò di pagar le decime parrocchiali all'abate del monastero di Nardò, essendo stata risolta in suo favore per la contumacia della parte avversa, la lite sorta tra il monastero e il vescovo di Gallipoli.

Orig., perg. n. 16, di cm. 37x31, in buono stato, con qualche macchia.

*Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis clero ba-*

*ronibus et universo populo de Nereto salutem et apostolicam benedictionem. Nostis sicut credimus quomodo dilecti filii nostri P. abbas et fratres monasterii de Nereto pro controversia. que inter eos et T. quondam Gallipolitanum episcopum de decimis et parrochia terre vestre vertitur. diu sunt et sepe gravati. Nunc autem. sicut ex litteris venerabilis fratribus nostri B. Tranensis archiepiscopi et dilecti filii P. abbatis Sancti Stephani de Monopoli quibus causam ipsam commisimus accepimus. cum episcopus Gallipolitanus qui nunc est se contumaciter absentasset. sicut predecessor eius sepius fecerat. idem iudices tenorem mandati nostri secuti prefato abbati et fratribus possessionem predicte parrochie ac decimarum adiudicarunt. Nos itaque nolentes aliquatenus sustinere ut quod de auctoritate nostra factum est temeritate qualibet violetur. universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus eisdem abbati et fratribus decimas occasione et contradictione cessante solvatis et vos filii clerici eis de iure parochiali sine contradictione qualibet respondere curetis sicut decimarum et parrochie per predictos iudices possessio ipsis est adiudicata. donec causa de proprietate. si Gallipolitanus episcopus exinde agere voluerit. fine debito terminetur. Datum Anagni V nonas madii.*

## XII

1334, marzo 10, ind. II,

Giovanni XXII pp. a. XVIII, Nardò.

Giovanni archipresbitero di Traetto e vicario generale [...], fatti espletare gli opportuni accertamenti e uditi i testi, dichiara che la chiesa di S. Nicola di Cigliano effettivamente appartiene *ab antiquo* alla mensa dell'abate e del convento di Nardò.

Orig. perg. n. 19 di cm. 45x31, in pessimo stato, lacera e svana, con tracce del sigillo in lacca rossa aderente, fissato sulla pergamena con lacci in pergamena incrociati.

*In Dei nomine amen. Nos Iohannes archipresbiter de Trayecto vicarius generalis [seguono 6 righi illeggibili perchè la pergamena è molto rovinata, abrasa o addirittura mancante] quod ecclesia Sancti Nicolai de Ciliano de Neritono consueta ab antiquo sicud ponebatur [...] in beneficium assignari. tanto tempore vacaverat quod ipsius collatio erat ad Sedem Apostolicam legitime devoluta ac dicti beneficii fructus ad dictam [...] pro toto vacacionis tempore pertinebant. Nos volentes iura eiusdem nostri dominii quatenus possumus comode perquirere et servare [...] abbatem ad nostra propterea fecimus presenciam evocari et dum pete(bamus) ab eo predictam ecclesiam Sancti Nicolai cum fructibus perceptis medio tem[pore.....] eadem. tandem pro parte sua et eius conventus [allegatum] et propositum extitit coram nobis quod dicta ecclesia fuit et est de mensa abbatis prefati et*

*huius [...] ab antiquo predicte mense. Eo et deinde cum dictis fructibus pertinebat legitime ad eosdem et ad [me]nsam ipsorum et predecessorum suorum spectaverat et [...] fuerat cum suis iuribus et fructibus supradictis a tempore cuius in contrarium memoria hominum non extabat. licet quondam abbas Stephanus [...] predecessor ipsius dilapidator bonorum dicti monasterii ut ponebant quibusdam personis [...] formam concederit ecclesiam memoratam. Itaque vo[le]ntes opp[ortune] agere in premissis vobis de cuius fide plenam in Domino fiduciam obtainemus presencium tenore commictimus et mandamus quatenus ad p[redictam nostram .....]conis personaliter accedentes inquiratis de premissis diligent(er) veritatem summarie et de [plan]o ut eorundem abbatis et conventus par[eamus ....]ribus expensis et si inveneritis quod predicta ecclesia cum fructibus iuribus et pertinentiis suis predictis ad mensam abbatis et conventus dicti monasterii Neritonensis pertinu[isse] ab antiquo. ecclesiam ipsam liberam dimittatis [...] et super hiis cautelas idoneas si volueritis concedatis. Ubi autem inveneritis ecclesiam ipsam fore ad [segue poco più di un rigo illeggibile per forti abrasioni della pergamena] Datum Brundusii die vigesimo secundo novembris secunde inductionis.*

*Ad quarum litterarum [ex]equacionis cupientes procedere et [...] et ad predictam [...] Neritonensem iuxta traditam nobis formam personaliter accedentes. adhibito nobis notario Nicolao Martini de castro Sancti Petri in Finibus Casinensis diocesis cive Neritonense puplico notario ad p[...]ssam huius recepto ab eo prius in nostris manibus corporaliter investientes [...] conscribendum summarie et de piano ut ipsorum abbatis et conventus [iuxta] tenorem mandati predicti [...] laboribus et expensis testes prefatos tam pro parte nostri officii quam pro parte dictorum abbatis et conventus iurantes ad mandatum [noscum] super premissis de veritate dicenda. ipsorumque dictis et attestacionibus fideliter in scriptis redactis et ipsis solemniter publicatis. invenimus predictam ecclesiam Sancti Nicolai de Ciliano tam per testes eosdem quam per nonnulla alia legitima documenta ac eius fructus pertinere et ab antiquo pertinuisse ad mensam abbatis et conventus predictorum ipsamque per dictum abbatem Stephanum immediatum predecessorum ipsius personis aliquibus pro suo arbitrio ad formam et non in beneficium fore concessam. Unde (cautelis) ac dictis ipsorum testium cum certis iuris peritorum quos habere potuimus [...] diligenter provisis atque discussis et per ea que vidimus et inspessimus que nostrum animum moverunt et movent. Christi nomine [...] pronunciamus in hiis scriptis et dicimus predictam ecclesiam Sancti Nicolai de Ciliano cum iuribus fructibus rationibus et pertinentiis suis omnibus ad mensam dictorum abbatis et conventus Neritonii pertinuisse ab antiquo et pertinere de iure. In cuius rei testimonium et dictorum domini abbatis et conventus ac successorum suorum certitudinem atque fidem per manus predicti notarii Nicolai presens scriptum [...] fieri fecimus nostro sigillo et subscriptione munitum. Actum Neritonii in Maiore Neritonensi Ecclesia sub anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto die decimo mensis marci secunde inductionis ac sub pontificatu Sanctissimi Patris nostri domini Iohannis pape vicesimi se-*

cundi anno octavo decimo. Presentibus videlicet abbate Nicolaio [....] canonico Muralcensi et vicario dicti domini abbatis. domino Iohanne de (Antonio) de Sancto Petro in Finibus. Basilio de Baro. et iudice Stephano de Pantaleonibus de Neritono. testibus vocatis atque rogatis et se subs[cribenti]bus in premissis.

- + Nos qui supra Iohannes archipresbiter de Traiecto commissarius fatemur omnia vera esse.
- + Et ego qui supra notarius Nicolaus Martini de castro Sancti Petri in Finibus Casinensis diocesis civis Neritonensis publicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius qui premissis rogatus scribere interfui et ipsam meo signo signavi.
- + Ego abbas Nicolaus canonicus Muralicensis premissis rogatus interfui et subscripti.
- + Ego presbiter Iohannes de Antonio rogatus premissis interfui et subscripti.
- + Ego Basilius Iacobi de Baro rogatus premissis interfui et me subscripti.
- + Ego iudex Stephanus de iudice Pantaleone subscripti.

### XIII

1346, [giugno] 13, ind. XIV, Lecce.

Giovanni, vescovo di Lecce, incaricato della riscossione dei censi pontifici nelle provincie di Otranto, Brindisi e Taranto, dichiara di aver ricevuto da fra' Bartolomeo, abate di Nardò, la somma da lui dovuta.

Orig. perg. n. 20, di cm. 18x25, in cattivo stato, lacera nella piega e in basso.

*Nos Iohannes miseracione divina episcopus Liciensis per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Guillelmum permissione divina olim Brundusinum et Horitanum archiepiscopum nunc episcopum Casinensem Apostolice Sedis nuncium rectoremque civitatis Beneventane a recollectorem censuum domini nostri Pape in Ydrontina Brundusina et Tarentina provinciis super recollectionem dictorum censuum deputatus. tenore presentis apodixe fatemur quod presencialiter et manualiter recepimus et habuimus nomine et pro parte dicti domini olim Brundusini et Horitani archiepiscopi nunc episcopi Casinensis a reverendo in Christo patre et domino domino fratre Bartholomeo Dei et Apostolice Sedis gratia Neritonense abbatte d[....] nobis [...] discreti viri notarii Nicolai de Sancto Petro in Fine nepotis sui pro anno censu unius uncie auri ad quod tenetur dictus [dominus] abbas pro anno uno numerando a die vicesima quarta mensis martii anni nu-*

*per elapse terciedecime inductionis usque ad diem vicesimam quartam nuper preteriti mensis martii. huius quarte decime inductionis pro eccllesia Sancte Marie de Neriton[o] secundum tenorem apodixarum suarum aliarum de soluzione dicti census per eundem notarium Nicolaum ostensarum clare comperimus in florenis auri quinque per unciam computatis [unciam unam]. In cuius rei testimonium et tam Sancte Romane Curie certitudinem quam dicti abbatis atque Ecclesie cautelam presentem apodixam s(uper) predicta uncia una in predictis florenis quinque per unciam computatis fieri fecimus nostro pontificali pend[enti] sigillo munitas. Datum Lici anno millesimo trecentesimo qua- trigesimo sexto die terciodecimo iu[nii] quarte decime inductionis.*

## XIV

1470, ......., Otranto.

Stefano, arcivescovo d iOtranto, attesta l'innocenza di fra' Benedetto Poso, abate di S. Maria dell'Alto che, mentre Stefano era arcivescovo di Nardò, era stato ritenuto responsabile della morte di un clero, vittima in realtà di un'epidemia e non, come si voleva, di un incidente di gioco con un suo compagno.

Orig perg. n. 22 di cm. 23x34, in pessimo stato, e, oltre tutto, lacera per metà e restaurata in modo che i righi di una metà risultano sensibilmente spostati rispetto a quelli dell'altra metà.

*Stefanus miseracione divina archiepiscopus Idrontinus etc. Universit et singulis ecclesiasticis et [...] personis [...] fidelibus presentes nostras licetinas testimon[iales] et declaracionis inspecturis tam presen-tibus quam futuris notum facimus dec[laramus] atque testamur quod [dum] eramus episcopus Neriton[ensis] atque ipsius civitatis et dio-cesis ordinarius pontificalia ibidem ministrantes officia [...] religiosus vir frater Benedictus dictus Posus ordinis Sancti Benedicti [et a]d presens abbas abbacie Sancte Marie de Alto dicte N[eritonensis] dioce-sis tunc] temporis in episcopatus Neritonensis cathedrali ecclesia monaster(io) existeret [...] in iuvenili estate et in minoribus ordinibus [...] aliorum monachorum [dicti] ordinis in ipsa ecclesia existen-tium eidem ecclesie tamquam iuvenis et in minoribus ut d[.....u]na cum aliis vacabat. (Nam) in ipsa cathedrali ecclesia tunc erat et ad presens credimus esse Capitulum clericorum [...] qui eidem ecclie serviebant et serviunt iuxta privilegia antiqua ipsius ecclesie dum ordinaciones face[...] statutis temporibus ut [...] frater ipse Bene-dictus dictus Posus[tunc] temporis ut predictitur existens iuvenis [...] ad maiores [...] ordines promoveri in subdiaconatu [...] et deinde ad alios ordines [...] supplicavit quod ipsum ordinem [...] ad dictum subdiaconatum [...] fint a quibusdam quod ipse existens in sua pue-*

*ritia dum cum quodam alio sue etatis puerulo [...]ariter dicitur ad cocule casualiter non tamen ex voluntate seu (aliquo) odio protiendo coculam eidem parvulo [...] post lapsum dierum aliquorum ab hac vita puer ipse suum [diem] clausit extremum Quo quidem auditio noluimus [...] set potius et prius de huiusmodi causa informari et declarari. Ea propter ad nos vocari fecimus priorem [...] nomine Angelum Benami ipsumque diligenter examinavimus ut testimonium veritatis periberet. qui quidem nobis dixit verum fuisse de ictu dicte cocule dum ipsi parvuli luderent set minime ob hac causa puer ipse et [filius ....] obiisse. Nam post lapsum dierum quat(uor) ipsa civitate Neritonii vigebat pestis et cum morbo pestifero ab hac vita d[.....]icicum post [...] ipsius sui filii mortem de simili et eodem morbo pestifero quedam alia filia sua mortu [...] no[n] testificati fuerint de visu quidam presbiter Antonius Martius et Antonius de Pu(fa)no et [...] de ipsa peste dictus puer obiit. Et quod plene constitit ut dictum est nec in aliqu[....] Benedictum tunc et nunc abbatem culpabilem. Ipsum deinde tunc in aliis ordinacionibus ad sacr[os] or[dines] ..... et ordinavimus. In cuius rei testimonium et ipsius nunc abbatis cautelam et certitudinem... [seguono altri 4 righi in pessime condizioni, in cui si riesce a stento a leggere: pendenti sigillo... MCCCCCLXX. In nostro episcopali palatio].*

## XV

1359, giugno [...], ind. XII,

Ludovico re di Sicilia a. XI e Giovanna regina a. XVII, Napoli.

In presenza di Raimondo del Balzo conte di Soleto e camerario del regno di Sicilia, Filippo de *Sancto Blasio* e Tommaso de *Maremontis* nominano i propri periti per la stima del casale di Colometo che Filippo vende a Tommaso.

Orig., perg. n. 83, di cm. 38x37, in mediocre stato, mancante in alto, al centro e in basso a sinistra.

[...] eius millesimo trecentesimo quinquagesimo nono. Regnibus serenissimis dominis nostri domino Ludovico rege et domina Iohanna regina Dei gratia Ierusalem et [Sicilie ducatus Apulie et principatus] Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus. regnorum prefati domini regis anno undecimo. dicte vero domine regine anno septimodecimo feliciter [amen. die vero ....] mensis iunii duodecime inductionis Neapoli. Nos Henricus Rapicanus de Neapoli ubilibet per regnum Sicilie ad contractus ad vitam iudex. Martucius de Tellis de civitate [...] publicus ubicunque per dictum regnum Sicilie regia autoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto publico declaramus notumfacimus et test[amur] quod prescripto die ibidem nobis predictis iudice notario et subscriptis

testibus constitutis in presencia magnifici domini Raymundi de Baucio Soleti comitis magnique regni predicti Sicilie camerarii ac nobilium virorum domini Thomasii de Maremont[is] 1 et domini Philippi de Sancto Blasio militum. ipsi quidem dominus Thomasius et dominus Philippus coram nobis pres[ente] etiam ibidem et audiente prefato domino comite. sponte asseruerunt solemniter et expresse quod factis noviter vendicione ac tradicione et assignacione per fustem per ipsum dominum Philippum dicto domino Thomasio pro se suisque heredibus et successoribus universalibus et singularibus in perpetuum de casali Colometi sito in provincia Terre Ydroniti quod nominatur feudum seu terra quondam Berardi de Canniano seu ex eodem casali Colometi cum hominibus vassallis bonis possessionibus terris territoriis tenimentis vineis cultis et incultis pratis pascuis nemoribus silvis planis montibus molendinis aquis aquarumque decursibus iuribus iuridicionibus 2 rationibus fructibus redditibus proventibus viis accessibus regressibus et pertinentiis suis omnibus ac collectis serviciis et prestacionibus realibus et personalibus quibuscumque omniue iure dominio et proprietate usque ad tantum videlicet sive tantam quantitatem quod seu que ascendet usque ad summam valoris annui unciarum viginti sex in carolenis argenti sexaginta per unciam computatis ponderis generalis tantum et non plus. ad electionem dicti domini Thomasii vel prefatorum heredum eius sub certo feudali servicio sive adoha proinde contingenti et debito per eundem dominum Thomasium eiusque heredes et successores prefatos ex nunc in antea regie et reginali Curie prestante et faciendo si et quociens in regno prefato feudale servicium sive adoham comitibus baronibus et aliis feudotariis dicti regni generaliter indici contigerit. Reliquo vero quod superest seu supererit ex dicto casali preter et ultra prescriptum valorem annum prefatarum unciarum viginti sex eidem domino Philippo venditori in eius ac predictorum herendum et successorum suorum potestate servato. cum inde dominio et proprietate ipsius reliqui sicut ipse dominus Philippus ante dictam vendicionem tenebat et possidebat casale predictum usque tantum ad quantitatem ipsius reliqui reservati secundum extimacionem propterea faciendam et declarandam cum servicio pro ipso reliquo dicti casalis contingenti prestante et faciendo per eundem dominum Philippum ac heredes et successores eius prefatos predicte Curie modo premisso precio scilicet unciarum trecentarum sexaginta de carlenis argenti computatis ut supra manualiter recepto et habito per ipsum dominum Philippum a domino Thomasio supradicto prout de predicta vendicione ac aliis exinde dependentibus et connexis plene et lucidius nobis constitit per quoddam instrumentum publicum solemniter inde factum Neapoli manu mei notarii Martucii supradicti olim die vicesimo predicti mensis iunii prefate duodecime inductionis. Et re sic existente prout continetur in assercione eorum prefata. predictus dominus Philippus pro se ipso ex una parte et dictus dominus Thomasius pro se [ipso ex altera. volentes] ad declaracionem et cautelam utriusque parcium earundem surumque herendum et successorum prefatorum oportunam et debitam extimacionem [fieri] de prescripto casali Colometi seu [..... qu]antitate ex eo vendita usque ad summam iandictam. ad infrascriptas convenciones et

pacta coram nobis unanimiter devenerunt videlicet. quod prefatus dominus Philippus ad requisitionem dicti domini Thomasi ..... lorum heredum eius aut procuratoris sui eligere et ponere seu ordinare deberet pro se ipso unum virum ydoneum utique et expertum in talibus. et dictus dominus Thomasius pro se ipso ad eius [.....] vel dictorum heredum eius aut procuratoris sui requisitionem eligere et ponere seu ordinare deberet alium virum in talibus ydoneum et expertum. ita quod prefatus dominus magnus camerarius [.....] per eum pro sue voluntatis arbitrio eligendum pro tercio adderet et ordinaret in extimacione premissa. qui ambo prefati eligendi et tertius statim ad iunctas partes terre predicte [.....] casale Colometi situatum est se personaliter conferre deberent. Et facta prius diligentissima inquisitione per eos de prescripto casali Colometi seu iamdicta quantitate ex eo ven[dita].....] dictis hominibus vassallis terris tenimentis iuribus iurisdictionibus et pertinenciis omnibus dictis suis et eius valore annuo usque ad predistinctam summam prefati valoris anniunciarum [.....] eligendi et tertius vel duo ex eis concordes extimare deberent ex predicto casali Colometi cum bonis possessionibus hominibus vassallis iuribus redditibus et pertinenciis [.....] dicti domini Thomasii vel prefatorum heredum eius habita consideracione anni fertilis ad infertilem. tantum videlicet sive tantam quantitatem quod sive que [.....] prescripti valoris anniunciarum viginti sex. ita quod ex omnibus et singulis vassassis prefati casalis Colometi predictus dominus Thomasius ex pacto et convencione premissis [.....] eret precise vassallos triginta quos idem dominus Thomasius vel eius procurator sive nuncius pro eodem provideret eligendos (et) excomputandos sibi cum bonis et possessionibus [.....] que habent et tenent in dicto casali et pertinenciis eius ex causa feudi supradicti pro anno valore reddit[...] ipsorum vassallorum triginta et bonorum eorum et [.....] dictam de aliis vero restantibus vassassis dicti casalis cum bonis eorum ac terris vineis iuribus et bonis (dicti) casalis. exceptis et deductis predictis [.....] per ipsum dominum Thomasium vel eius pro eo procuratorem autoritate nostra inde precise ut predistinguatur eligendis fieret et [.....]arentur sibi pro rata ad electionem dicti [....]em exinde usque ad summam predistincti valoris anniunciarum viginti sex prefatarum. tali condicione adiecta tunc solemniter et expresse de communi ipsarum partium [.....] ipsi eligendi et dictus tertius insimul ad premissa concordes non erunt. duo tantum ex eis qui concordes erunt possent et valerent licite predictam extimationem [.....]sacionem premissa de predictis modo prescripto facere et declarare. Quorum quidem virorum et tertii ut predictur eligendorum seu duorum ex eis concordum ut prefe(rtur) extimacioni [.....] faciende. dicte partes ex tunc stare voluerunt et promiserunt expresse. Ipsamque extimacionem de prescripto casali seu dicta quantitate ex eo usque ad predistinctam [.....] anniunciarum viginti sex premisso modo faciendam. dicte partes tunc animo gratam gerentes ratificaverunt et acceptaverunt et ultro(nee) confirmaverunt et se exinde vol[.....] contentas prout hec et alia in quodam alio instrumento publico confecto manu mei predicti notarii Martucii dicto die vicesimo prefati mensis iunii eiusdem duodecime inductionis Neapoli. penalibus [.....] stipulatis

hinc inde. renunciationibus iuramento et aliis solemnitatibus vallatis. plenius continentur et vidimus contineri. Idcirco predicte partes prescriptas convenciones et pacta in eodem instrumento contenta [...] cum omnibus et singulis in dicto instrumento contentis ex certa eorum scientia voluntarie et expresse ratificantes et acceptantes. coram nobis volentes et intendentes predictam extimacionem de prefata [...] seu prescripta eius quantitate vendita cum hominibus vassallis iuribus et pertinenciis suis predictis usque ad summam predistinctam dicti valoris annui unciarum viginti sex fieri. prout superius est expressum. et debitum sortiri effectum. iuxta convenciones et distinctiones premissas nominaverunt et legerunt ad extimacionem eandem ut premictitur faciendam viros nobiles infrascriptos videlicet. predictus dominus Philippus nominavit et elegit dominum Bernardum de Lictera militem licet absentem tamquam presentem et dictus dominus Thomasius nominavit et elegit Philippum de Maremontis de Ydronto licet absentem tamquam presentem. prefatus vero dominus comes magnus camerarius nominavit elegit et dedit pro tercio dominum Galoctum de Hugoth militem absentem tamquam presentem ad extimacionem eandem velut premittitur faciendam tamquam idoneos et sufficientes ad extimacionem eandem faciendam per eos vel duos ex eisdem concordes utique iuxta convenciones et distinctiones et pacta premissa in iamdicto instrumento contenta et expressius declarata cum omnibus et singulis in eodem instrumento contentis ratificatis et acceptatis ita quod coram nobis solemniter et expresse per partes easdem per omnia efficacissime sine diminutione qualibet ut predistinguatur observanda sub pena in dicto instrumento prefatarum convencionum et pactorum iamdictae extimacionis adiecta in singulis huiusmodi pactorum et convencionum si contrafactum fuerit convertenda solvenda et exigenda irremissibiliter ab illo ex iandictis domino Thomasio et domino Philippo vel suis prefatis heredibus et successoribus qui contravenerit seu contravenerint. quociens contra premissa vel ipsorum aliquod factum vel ventum fuerit seu quomodolibet attemptatum iuxta tenorem iandicti instrumenti conventionum et distinctionum ipsarum. In cuius rei testimonium et dictarum parcium heredumque et successorum earum prefatorum ac omnium quorum et cuius inde interest et interesse poterit certitudinem et cautelam de premissis ad requisitionem et preces parcium iandictarum rogata sunt duo publica competencia instrumenta fieri per manus mei notarii supradicti signo meo signanda mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboranda. quorum presens dictis signo et subscriptionibus roboratum est prefato domino Philippo ad sui et iandictorum heredum suorum cautelam assignatum. Quod scripsi ego prefatus Martucius publicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. ac abrasi et emendavi superius ubi legitur. ascendat usque ad. non vicio sed ablasiōne scripture.

[...] Herricus Rapicanus de Neapoli iudex ad contractus per totum predictum regnum Sicilie subscripsi.

[...] Sergius miles regalis hospicii iudex testes sum.

[.....] roli de Sancta Cruce de Barulo testis ad dicta vocati rogati

*scribere nescientis pro quo ego predictus notarius presentem subscriptionem feci.*

1 La desinenza finale è indicata con un segno di abbreviazione generico, eguale per la *e* o per la *is*: *Maremontis* o *Maremonte*.

2 Così nella pergamenata.

## XVI

1413, luglio 5, ind. VI,

Ladislao re di Sicilia a. XXVII, Nardò.

I fratelli Carluccio e abate Francesco de Epifanio, di Nardò, eredi del q. Calo del Giudice del giudice Roberto, permутано con Giorgio de Michele, della stessa città, alcune terre poco fruttifere del legato fatto dal q. Calo con l'obbligo di una messa quotidiana, con altre più redditizie.

Orig. perg. n. 84 di cm. 31x30, in mediocre stato, in alcuni punti un po' svanita, tagliata irregolarmente ai margini, si da intralciarne la lettura.

+ *In Dei nomine amen. Anno quo Salus Christianitatis de Virgine carnem sumpsit humanam millesimo quatricentesimo tercio decimo. Regnante serenissimo et inclito domino domino nostro Ladislao Dei gratia Hungarie Ierusalem Sicilie Dalmacie Croacie Rame Servie Galicie Lodomerie Com[anie] Bulgarieque rege Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite. regnorum vero eius anno vice-simo septimo feliciter amen. mense iulii die quinto septime indiconis Neritonii. Nos Nicolaus iudicis Guillemi annalis iudex Neritonii. Iohannes de Rotitio de Neritono puplicus per totam provinciam Terre Yd[ronti] regia auctoritate notarius. Philippus de Epifanio. abbas Leo de Marco et dompnus Nicolaus Pisanus de predicta civitate Neritonii testes literati ad hoc specialiter vo[ca]ti et rogati presenti publico scripto fatemur notumfacimus et testamur quod predicto die eiusdem intus in curtili Matris Ecclesie Neritonensis in nostri presencia constitutis Carlucio de Epifanio et abate Francisco de Epifanio fratribus de Neritono heredibus ut dixerunt quondam Calo Iudicis 2 iudicis Roberti de eadem civitate Neritonii eorum avi materni ex una parte et dompno Georgio de Michael de eadem civitate ex parte altera. Predicti Carlucius et abbas Franciscus tamquam heredes ut supra dixerunt prefati quondam Calo eorum avi materni asseruerunt coram nobis iamdictum Calo eorum avum in ultimis constitutum in suo ultimo quod condidit testamento inter alia legasse uni clero eliendo per ipsos suos heredes qui habeat et debeat celebrare missam bis qualibet edogmada in ecclesia Sancte Ecaterine' de Alama[nnis] site Neritonii in pittagio Sancti Angeli terrarum ortos duos et quatragenalia triginta sitos in feudo Pampiliani iuxta terras dompni Geor-*

gii de Michaele predicti. iuxta terras monasterii Sancte Clare. iuxta vineas iaconi Leonis de Specli et alios confines prout de legato huiusmodi predicti Carlucius et abbas Franciscus asseruerunt in testamento predicto plenius contineri. Et considerantes. prout in ipsa eorum assercione subiunxerunt. quod predicte terre erant modici redditus et quasi infructifere [.....] set dicto clero pro tam modica re celebrare bis in edogmata in ecclesia memorata procurantes condicionem ipsius legati facere meliorem quia predictus dompnus [.....] et tenebat et possidebat terrarum ortos duos sitos et positos in reginali tenimento Neritonii in loco de Ponte iuxta terras dotales Iohanni de Puteolo iuxta terras Benedicti de Rynaldo de Neritono et alios confines [.....] terre erant et sunt maioris utilitatis et redditus quam prefate terre legate clero memorato pro maiori comoditate ipsius clerici ac aliorum successive iuxta voluntate prefati testatoris [.....] endorum habere debentium terras predictas cum predicto dompno Georgio de conscientia licentia et voluntate reverendi in Christo patris et domini I[ohannis] Dei gratia Neritonensis episcopi ac cum consensu Maioris [Ecclesie] Capituli et conventus canonicorum et monachorum Maioris Ecclesie memorate ibidem presentis ad infrascriptam permutacionem seu vicariam pervaenerunt videlicet. Carlucius et abbas Franciscus ut heredes prefati quondam Calo ad quos electio dictorum clericorum et traditio terrarum predictarum cum condicione predicta prout in dicto testamento continetur spectare et pertinere asseruerunt cum auctoritate predicta. debitibus et interpositis solemnitatibus oportuniis iuris et facti ut dixerunt que in permutatione ecclesiasticarum rerum requiruntur a iure. permutationis ordine seu titulo et vicarie causa dederunt tradiderunt ac per fustem ut moris est assignaverunt iure proprio et imperpetuum eidem dompno Georgio ibidem presenti et recipienti pro se heredibus et successoribus suis predictos terre ortos duos et quatraginalia triginta loco et finibus superiorius designatis cum iuribus rationibus introytibus exitibus et pertinenciis suis omnibus intra et infra se habitis et contentis. Et versa vice prefatus dompnus Georgius eodem permutationis ordine seu titulo et vicarie causa dedit et tradidit et per fustem ut moris est assignavit iure proprio et imperpetuum predictis Carlucio et abbati Francisco ibidem presentibus et recipientibus pro se et heredibus eorum in quantum tanguntur et pro clero seu clericis successive ill(as) habere debentibus iuxta mentem testatoris affati cogitando rem facere meliorem et utiliorem pro clericis supradictis dictos terrarum ortos duos predictis suis loco et finibus desil[gnat]is cum iuribus racionibus introytibus exitibus et pertinenciis suis omnibus intra et infra se habitis et contentis. Et proinde ambe partes predicte una videlicet alteram et altera al[teram] altrinsecus et vicissim in vacuam possessionem dictarum terrarum per fustem ut moris est et inveterate consuetudinis posuerunt et induxerunt dantes et concedentes de cetero partes ipse una videlicet alteri et altera alteri presentibus et recipientibus pro se ipsis heredibus et successoribus eorum et nominibus quibus supra plenam et liberam potestatem habendi tenendi et possidendi terras predictas premisso modo permutatas. Ita quod de terris ipsis in eis et ex eis liceat et licitum sit dictis videlicet Carlucio et abbati Francisco in

quantum tanguntur facere et disponere iuxta voluntatem prefati Calo eorum avi testatoris ut supra dictoque domino Georgio eiusque heredibus et successoribus similiter licitum sit libere de predictis terris permutatis ut supra quicquid voluerint facere pro eorum libero arbitrio tamquam ipsarum terrarum effecti veri domini et patroni sine omni contradicione seu molestia prefatorum Carlucii et abbatis Francisci eorumque heredum et successorum ac omnium hominum contrarietate et impedimento quocumque. constituentes se partes ipse altrinsecus prout tanguntur bona ipsa permutata tenere precario nomine quoisque per se aut alias eorum nomine possessionem bonorum ipsorum prout tanguntur acceperint corporalem quam accipiendi et deinceps retinendi una pars alteri et altera alteri licenciam tribuit et liberavit potestatem. Et promiserunt dicte ambe partes per se et eorum heredes presens permutationis instrumentum modo premisso scriptum semper et omni futuro tempore ratum gratum et firmum habere tenere et contra ipsum non dicere opponere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto per se vel interpositas personas in iudicio vel extra iudicium publice vel occulte nec permutationis [...]am rescindi petent aut nullam dicent communi iure aut speciali ymmo sibi ipsis una pars alteri et altera alteri prout tanguntur bona predicta defendere antestare et disbrigare ab omni per(sona pupilli)ca vel privata homine collegio universitate quacumque ad omnem requisitionem eius partis cui lis seu controversia moveretur simpliciter vel solenniter faciendam in scriptis vel sine scriptis. extra iudicium vel in iudicio. in quacumque parte ipsis ac de omni vicio et evicione sibi ipsis vicissim proinde teneri tam super proprietate quam super possessione bonorum predictorum de [...]anda necessitate. 3 renunciantes predictas quia sic convenit solemnni pacto legitime inter eas. Contra que omnia supradicta et infrascripta si factum aut ventum fuerit per aliquam partium predicatorum modo aliquo aut (supradicta) et infrascripta implere et servare contempserint quilibet ipsarum partium ratione et causa dicti contemptus ac loco et vice interesse ipsarum ac heredum et successorum eorundem quod interesse partes ipse [...] debere et posse ascendere. communiter et concorditer taxaverunt solvere pene nomine unciarum auri decem meditatem 4 dicte pene in casu contraventionis ex parte dicti Carlucii Regie Curie et ex parte [...] abbatis Francisci et ipsius domini Georgii prout tanguntur Camere Apostolice aut alii cui reclamatio inde fieret vel querela applicanda et pro reliqua pene meditate parti premissa servant ex parte que contravenerit exinde persolvenda. me predicto notario pro parte dictarum Camere Apostolice et Regie Curie seu alterius Curie cuiuscumque pro ipsa pene medietate tamquam persona publica ab ipsis partibus me [...]onis prout tangi possunt exinde stipulante et reliquam pene medietatem sibi ipsis ambe partes in predicto casu fuerunt solenniter et legitime stipulate. ipsaque pena commis(sa) exacta vel non exacta que quociens commictitur tocens persolvatur premissa omnia et [...] in suo semper robore et efficacia perseverent cum obligacione omnium bonorum utriusque presentium et futurorum ubicunque sistentium. etiam illorumque sine speciali pacto obligari prohibentur de iure ac cum integra refectione dampnorum interesse ac expen-

sarum quas et que subtus continentur. in iudicio vel extra iudicium in casu contraventionis propterea quocumque modo. Insuper ambo partes predice et quelibet ipsarum quatenus unicuique earum predicta et subscripta et eorum quodlibet competunt et competere possunt et poterint voluntarie solenniter et legitime ex certa eorum sciencia renuntiaverunt in premissis omnibus et subscriptis et quolibet ipsorum exceptioni doli mali vis metus et infactum rei aliter geste quam superius et inferius continetur legi si convenerit ff.de iurisdictione omnium iudicium. legi etiam que penam in contractibus adici prohibet et adiectam committi exigi et exposci. legi quoque per quam deceptis in contractibus bone fidei sicut est permutatio ultra dimidiam iusti pretii subvenitur. beneficio restitutionis in integrum. et generaliter omni alii legum et iuris auxilio canonici civilis longobardi consuetudinum constitucionum et capitulorum regni et constitutionum aliarum quarum omnique iuris canonici privilegio fori scripto et non scripto. privilegiis et rescriptis aliis inpetratis et inpetrandis editis vel edendis [...]m postulacione vel sine. iuri eciam dicenti generalem renunciaciōnem in contractibus non valere iurique dicenti premissis beneficiis iuribus et exceptionibus vel [...] renunciari non posse. Ita quod generalis renunciacio valeat sic et taliter ac si singule cause renunciaciōnis ipsius expresse fuissent. et valeat tam ad specificata quam ad non specificata et ad omnia eciam incognita subin [...] et protrahatur. certiorate prius dicte partes ut dixerunt de iuribus legibus exceptionibus beneficiis et effectibus eorundem. Et pro maiori cautela suffragio premissisque omnibus supradictis et infrascriptis in [...] obser-vandis et quod omnia scripta et infrascripta vera sint et de non contraveniendo predice ambe partes prout tanguntur stantes in predicto loco ubi presens contractus extitit solemnitate celebratus una pars alteri et altera alteri deferens sacramentum prestiterunt sibi ipsis coram nobis corporalia ad sancta Dei evangelia iuramenta acto expresse sole[n]niter et le[gitime] inter partes ipsas quod pena pecuniaria pro pena periurii et (con)verso una per aliam non tollatur nec suspendatur set utraque eorundem [...] commicti exigi et infringi valeat [...] cessante. acto expresse inter partes predictas quod si in presenti instrumento pu-plico quispiam in posterum reperiretur solennitatis vel iuris defectus quod instrumentum ipsum corrigi suppleri [...] valeat semel bis et quo-ciens opus erit ad sensum et consilium 5 sapientis eligendi per eam partem que consultius instrumentum ipsum habere voluerit veritatis tamen et facti sub [...]. Unde ad futuram memoriam et dictarum am-barum partium suorumque heredum et successorum ac omnium quorum vel cuius interest et potest interesse cautelam et securitatem pro [...] deputata sunt exinde fieri duo publica consimilia instrumenta idem in facto et veritatem narrancia presens ad requisicionem quidem dicti dompni Georgii per nos exinde facta quidem per me predictum Iohan-nem publicum ut supra notarium qui premissis vocatus et rogatus pro notario interfui meoque solito signo signatum subscripcione mei qui supra iudicis [...] subscriptiōnibus roboratum. Superius autem quod arrasum et emendatum apparet ubi legitur [...] posite et alibi ubi legitur. dotales. nec non ubi legitur [...] eis liceat. et alibi ubi legitur.

*quicquid voluerint facere per eorum. ego predictus Iohannes puplicus ut supra notarius arrasi et emendavi [.....] scribendo et ideo pro autentico habeatur.* Segue il segno del tabellionato.

1 Così si legge chiaramente sulla pergamena, eppure l'indizione ricorrente nell'anno 1413 è VI. Poichè l'anno 1413 pare esatto, concordando con esso gli anni di regno di Ladislao indicati, non c'è che da pensare a un errore di scrittura, per l'indizione, da parte del notaio.

2 Questo primo *iudicis* è già divenuto un patronimico o è una semplice ripetizione come precedentemente *domino domino nostro Ladislao?*

3 Così nella pergamena.

4 Così nella pergamena.

5 Così nella pergamena.

## XVII

1413,.....

Transunto di due privilegi di re Ladislao (del 1412, agosto 5, ind. V, Castellamare, e 1412, settembre 19, ind. V, Napoli) con cui si ordina al capitano di Nardò di immettere l'abate Giovanni *de Epiphanio* in possesso della chiesa di S. Maria Maggiore, non appena avrà offerto idonea malleveria del versamento, spontaneamente promesso, di 900 ducati; e si ingiunge a tutti gli ufficiali regi di prestare la dovuta obbedienza all'abate sudetto.

Orig. perg. n. 85, di cm. 37,5x31, molto lacera specie in alto, in pessimo stato. 1

[.....] millesimo quatringentesimo tertio decimo. Regnante sere-nis[simo] ..... Lodo]merie Comanie Bulga[rieque .....] novembris die [.....] Neritoni. Nos Cata[ldus] de Ripalta regius per provinciam [.....] de Neritono publicus [..... regnum] Sicilie eadem regia aut[oritate notarius] testes subscripti viri [.....] fatemur notum [facimus ..... quod] constitutis nobis predicto die ibidem in presentia reverendi in Christo patris [.....] Nerito-nensis episcopi predictus [.....] ostendit et presentavit nobis ac publice legi fecit quas [.....] legimus [.....] duas regi[naltes .....] in cartis membraneis unam magno pendenti sigillo et alias parvo sigillo in cera rubea [.....] non abolitas non cancellatas nec in aliqua eorum parte suspectas [.....] Ladizlaus Dei gra-tia Hungarie Ierusalem et Sicilie Dalmatie Croatie Rame [Servie Ga-litie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex Provincie Forcalquerii et Pe-

demontis comes (capitaneo civitatis Neritonis consiliario et fidei nostro dilecto) gratia[m] et bonam voluntatem. Ex certis bonis respectibus iustisque causis digne moventibus mentem (nostram confisi de benignitate Sedis Apostolice consulto deliberavimus quod) ecclesia 2 Sancte Marie Maioris Neritonensis tradatur 3 et assignetur abba[ti] Iohanni de Epiphanio 4 cantori dicte Maio[ris] (Ecclesie familiari oratori et divoto nostro dilecto sibique de iuribus) fructibus et proventibus 5 dicte ecclesie pro presenti anno et deinde in antea respondeatur 6 donec idem abbas Iohannes supradic(te abbacie a Sede Apostolica obtinebit bullas oportunas). Quapropter volumus et tibi destricte 7 precipimus et mandamus quatenus statim receptis presentibus 8 eundem abbatem Iohannem in corporalem pos[sessionem] dicte abbacie ponas inducas seu poni et induci mandes et facias inductumque 9 in illa manuteneas protegas et defendas ac 10 manuteneri protegi et 11 defendi mandes et facias ac 12 s(upra de dicte abbacie iuribus fructibus redditibus et pertinentibus) et facias responderi 13 contradictores et renitentes 14 quoslibet per oportuna remedia discriptius 15 compellendo. nec 16 in premissis commictas 17 (aliquam renitentiam dilatoriam negligentiam aut defectum) sicut 18 habes gratiam nostram caram. presentes autem 19 licteras parvo nostro sigillo munitas tibi in premissorum testimonium duximus dirigendas (quas post earum debitam extractionem) pro cautela restitui volumus presentanti. 20 Datum in Castro Maris de Stabia sub eodem parvo nostro sigillo die quinto 21 mensis augusti quinte indictionis. Pos(t datum. Quia dictus abbas Iohannes promisit) nobis prestare in ipsa civitate Neritoni ydoneam fideiussoriam cautionem de solvendo nobis in civitate Neapolis ducatis nonigentis nobis sponte missis (pro munere dicte abbacie volumus) et tibi mandamus expresse quatenus ipsum abbatem Iohannem vel alium sui parte 22 non inducas in corporalem possessionem dicte abbacie nec sibi 23 de illius iuribus (et fructibus facias responderi nisi) prius prestet in tua Curia 24 prefatam ydoneam fideiussoriam cautionem de solvendis dictis ducatis nonigentis in terminis 25 infrascriptis videlicet quingentis p(rimi quinto decimo die inst)antis mensis septembris et reliquis] quattringentis per totum menses ianuarii proximo futurum 26 instantis anni sexte indictionis prout [.....] Ladizlaus rex [.....] Tenor aliarum regiarum licterarum. Ladizlaus Dei gratia Hungarie Ierusalem et Sicilie Dalmatie [Croatie Rame Servie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex Provincie] Forcalquerii ac Pedimontis comes vicerentibus 27 seu iustitiariis nec non 28 cap[itaneis] ceterisque officialibus quocumque alio nomine nuncupatis nec non eorum vicegerentibus] locatenentibus ubilibet 29 in provincia Terre Idronti et presertim in civitate Neritoni (consistentibus fidelibus nostris dilectis. Notum facimus et imperamus quod) venerabili viro abbati Iohanni 30 de (Epiphanio a nobis regiis literis constituto in monasterio S. Marie Assumptae nuncupate Maioris Ecclesie omnes obediant pareant respondeant et i[.....] 31 de omnibus in quibus (prefata ecclesie respondere tenentur et solent. quibus etiam tenore presentium authoritate nostra regia iubemus) ac districte mandamus quatenus ad omnem requisitionem dicti abbatis vel pro tempore existentis eiusdem procuratoris locumtenentis vel officialis in omnibus

obedientes se offerant mandantes universis civibus habitantibus) in-  
 quilinis colonis partitionariis extalleriis pensionariis recentibus et an-  
 tiquis cuiuscumque status ordinis et condicionis ut debitam eisdem obe-  
 dientiam prestant cum factoribus et procuratoribus in omnibus in  
 quibus tenentur et debent ecclesie supradicte propter abbatiam fun-  
 da(tam in dicta civitate. Si quis autem eorum qui hec debeant in terra)  
 difficultate dilationis et defectu quocumque nec contrarium faciat se-  
 cundum penas 32 per vos et vestrum quemlibet 33 (desuper descriptos  
 statim coerceantur et amplius volumus ut omnes) dictisque eius pro-  
 curatoribus et factoribus circa tenutam corporalis possessionis dicte ec-  
 clesie eiusque iurium et pertinentiarum ac ipsius fructuum 34 reddi-  
 tum et proventuum realem recollectionem perceptionem et habitio-  
 nem faveatis et assistatis 34 et vestrum quilibet faveat et assistat se-  
 cundum quod fueritis [requi]siti ope opere auxiliis consiliis presi-  
 diis et favoribus oportunis nullam in premissis commissuri negli-  
 gentiam vel defectum sicud habetis gratiam nostram caram. presentes  
 autem litteras nostras pendentib[us] nostro sigillo munitas vobis in premissorum  
 testimonium duximus dirigendas. quas post earum oportunam  
 inspectionem pro cautela vicibus singulis restitui volumus presentanti.  
 Datum Neapoli in Castro Novo ipsius civitatis Neapolis per manus no-  
 stri predicti regis Ladizlai anno Domini millesimo quatrigentesimo duo-  
 decimo die nono decimo mensis septembris sexte 35 indictionis regno-  
 rum nostrorum anno vicesimo sexto. Et quia dictus dominus reve-  
 rendus episcopus neccesse 36 habebat ut dixit transuptum ipsarum  
 regiarum litterarum habere assignandum siquidem per eum vel alium  
 sui nomine egregio viro Florillo de Martino de Vito olim regio era-  
 rio in provincia Terre Idronti ad sui cautelam si expedierit per eum  
 vel alium sui nomine in Curia Summarie Regia vel alibi ubicumque  
 fuerit expediens. pro certitudine ipsius et dicti Florilli cautela ostendendum  
 et presentandum. cum originalia dominus episcopus ipse ut  
 dixit coram nobis sibi assignare nequi(vid) portanda per eum pro cau-  
 sa predicta. dubitans ne propter viarum discrimina perderentur. petit  
 propterea a nobis dictas regias litteras transumptari et in publicam  
 formam redigi debere de verbo ad verbum nichil in eis adito detracto  
 mutato sive diminuto propter quod veritatis [substantial] in aliquo mu-  
 taret. quas collatione prehabita a dictis originalibus diligenter inveni-  
 mus cum eodem presenti publico transumpto per omnia concordare. Et  
 quia iusta potentibus non est denegandus non est denegandus 37 as-  
 sensus predictas regias litteras a suis originalibus transumptavimus  
 transcripsimus et in presentem publicam formam redegimus. et proinde  
 presens publicum instrumentum seu transumptum fecimus scriptum  
 quidem per manus mei predicti Guidonis Iolci publici ut supra notarii  
 qui premissis vocatus rogatus interfui sigillo meo solito signavi sub-  
 subscriptionibus mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium  
 virorum licteratorum subscriptionibus roboratum. Quod autem supe-  
 rius ubi legitur. tercio decimo. et alibi. sedis. et alibi. aliarum. et alibi.  
 ne. et alibi. gratiam nostram caram. et alibi. de Martino de Vito. arra-  
 sum rescriptum et emendatum appareat ego idem notarius Guido arrasi  
 rescripti et emendavi non vicio sed errore in scribendo.

- + *Cataldus de Ripalta qui supra regius iudex ad contractus.*  
+ *Nicolaus magistri [Bartholomei] testatur.*  
[.....] *testatur.*  
[.....] *teste interfuit.*

1 Il testo, così lacunoso, è stato ricostruito, pei diplomi di Ladislao, con la trascrizione riportatane nel ms. dell'abate Foggetta che conservasi nell'Archivio della Curia di Nardò «*De Neritina Ecclesia ac de suis episcopis dissertatione historica in qua etc... studio ac labore abbatis D. Michaelis Foggetta canonici bibliotecarii in unum recollectis...*» del 1767, alle pp. 127 e 130. Naturalmente la ricostruzione del testo ove non sia certa (perchè non possiamo garantire l'esattezza del Foggetta), viene messa tra parentesi tonde riservandosi quelle quadre pei casi in cui non ci siano dubbi.

- 2 Foggetta: *abbatia.*  
3 Foggetta: *mandetur.*  
4 Foggetta: *Epiphaniis.*  
5 Foggetta: *pertinentibus.*  
6 Foggetta: *respondeans.*  
7 Foggetta: *stricte.*  
8 Foggetta: *stantibus regiis praesentationibus.*  
9 Foggetta: *inductusque.*  
10 Foggetta: *et.*  
11 Foggetta: *ac.*  
12 Foggetta: *et.*  
13 Foggetta: *respondere.*  
14 Foggetta: *contranitentes.*  
15 Foggetta: *districe.*  
16 Foggetta: *neque.*  
17 Foggetta: *commissas.*  
18 Foggetta: *si.*  
19 Foggetta: *nostras.*  
20 Foggetta: *presentandas.*  
21 Foggetta: *quarto.*  
22 Foggetta: *aliam personam pro se.*  
23 Foggetta: *abbatiae itemque de.*  
24 Foggetta: *praestiterit in nostra civitate.*  
25 Foggetta: *mensibus.*  
26 Foggetta: *proxime futuri.*  
27 Così nella pergamena.  
28 Foggetta: *nostris.*  
29 Foggetta: *manca ubilibet.*  
30 Foggetta: *abbate Ioanne.*  
31 Foggetta: *respondeant de omnibus.*  
32 Foggetta: *secundum personas.*  
33 Foggetta: *quoslibet.*  
34 Foggetta: *gaveant et assistant.*  
35 Indizione bizantina, equivale alla V nel computo moderno.  
36 Così nella pergamena.  
37 Così nella pergamena.

## XVIII

1423, marzo 16, ind. I,

Martino V pp. a. VI, Nardò.

L'abate Bartolomeo Sabbatino, vicario generale di Nardò, presente il notaio Giovanni *de Rotitio* 1 e per incarico del reggente in Terra d'Otranto Berardo *de Paladinis*, di Teramo, emette sentenza nella controversia tra l'arciprete greco Antonio de Simeone detto *de Sophia* e Catucia de Isabella per una casa che essi posseggono in comune in Nardò.

Orig., perg. n. 86, di cm. 38x26, in discreto stato, ma lacera e scolorita nella parte superiore a sinistra.

*In Dei nomine amen. Anno millesimo quatragentesimo vicesimo tercio. sub pontificatu sanctissimi in Christo patris et domini nostri Martini divina providentia pape quinti pontificatus sui anno quinto 2 mense marci die sexto decimo eiusdem prime inductionis Neritonii. Nos abbas Bartholomeus Sabbatinus de Neritono generalis vicarius in spiritualibus Matris Ecclesie Neritonensis assidente nobiscum notario Iohanne de Rotitio de Neritono ad hanc causam pro actorum notario per nos assumpto tenore presentis nostre diffinitive sententie fatemur declaramus notumfacimus et testamur quod venientes ad ipsam civitatem Neritonii legum doctor egregius dominus Berardus de Paladinis de Teramo reginalis et principalis vicegerens in provincia Terre Ydronti et principatu Tarenti et repperiens 3 quod in Curia egregii viri Iohannini de Fontana de Placentia principalis capitani dicte civitatis Neritonii vertebatur questio inter dompnū Antonium de Symone dictum de Sofia archipresbiterum grecum seu notarium Guidonem Folcum de Neritono eius procuratorem actorem ex una parte et Catuciā de Ysabella de eadem civitate Neritonii seu notarium Loysum Securum eius procuratorem (con)ven(tum) ex parte altera modo subdicto videlicet. dictus dompnus Antonius asserebat et dicebat se habere tenere et possidere in communi et pro indiviso cum dicta Catucia domum unam intus dictam civitatem Neritonii in pitta[gio eccliesie] Sancti Angeli iuxta domum Georgii de Dyambra iuxta ortum dictae Maioris Ecclesie Neritonii viam puplicam [.....] cuius domus medietas spectat et pertinet ad eundem dompnū Antonium tamquam dominum et patronum rationabiliter et de iure [.....] dictus dompnus Antonius domum ipsam debere dividi et ipsius medietatem sibi adiudicari et alteram medietatem pre(dicte) Catucie cum de iure nemo cogitur stare in communione. dictaque Catucia ex adverso asserebat et dicebat se debere recipere et [.....] dicto dompno Antonio in et super medietate domus predicte per eundem dompnū Antonium solutos sibi per ipsam Catuciā pro (prelio) medietatis domus affate ducatos auri decem et medium carlenorum argenti boni et iusti' ponderis generalis quos dicta Catucia per modum re(conv)er(c)ionis a predicto dompno Antonio petebat. dictus dominus Berardus vicegerens causam ipsam nobis et nostre Curie commisit ortando 4 proinde nos ex parte dicte regi-*

nalis Maiestatis quod. examinatis per nos aliquibus testibus summarie et de plano. iudicii ordine pretermisso. inspecta sola veritate. causam ipsam terminare et decidere deberemus cum de voluntate et mente Maiestatis reginalis eiusdem procedit ut causa ipsa sic summarie videretur ad supplicationem Catucie prelibate. Nos enim exortacioni ipsius domini vicegerentis facte nobis pro parte ipsius reginalis Maiestatis obedire volentes tam debite quam devote causam ipsam assumpsimus super qua summarie procedentes. productis pro parte prefate Catucie certis testibus. testes ipsos et ipsam Catuciam tanquam principalem. prestito prius per nos eis et cuilibet ipsorum sacramento de veritate dicenda. presente dicto dompno Antonio ad id vocato et eos iurare vidente. examinavimus diligenter semotim et in secreto. quorum testium publicacione facta eodem die per ipsam Curiam et vocatis partibus ipsis et ipsarum procuratoribus omissis iuris ordinibus. habito super hiis consilio diligenti cum deliberacione matura. quia invenimus predictam Catuciam probasse per dicta et deposiciones testium productorum per eam cum eius deposicione cum sacramento solvisse prefato dompno Antonio dictos ducatos auri decem et medium. idcirco prius et ante omnia Spiritus nomine invocato de cuius vultu recta iudicia prodeunt et oculi indicant. cum respiciunt. veritatem. intus in claustro episcopal palati dicte Maioris Ecclesie Neritonensis. ubi Curia regi solet. pro tribunali sedentes earundem tenore presencium condempnamus dictum dompnum Antonium ad dandum restituendum solvendum numerandum et assignandum predictos ducatos auri decem et medium in carlenis argenti ut supra prefate Catucie principali ut principali vel dicto eius procuratori ut procuratori. condempnantes etiam dictam Catuciam quandocumque prefatus dompnus Antonius ibi dabit solvet et assignabit predictos ducatos auri decem et medium ad faciendam divisionem ipsius domus et ad dandum tradendum et assignandum eidem dompno Antonio medietatem domus ipsius suis loco et finibus ut supra designatis in hiis scriptis. hanc nostram diffinitivam sententiam proferentes presentibus dictis dompnis Antonio et Catucia ac ipsorum procuratoribus in iudicio et apud acta dicte Curie. propterea coram nobis lecta lata et recitata est predicta sentencia per nos supradictum abatem Bartholomeum generalem ut supra vicarium Maioris Ecclesie [...] presente dicto notario Iohanne actorum notario ad id assumpto anno mense die loco et inductione predictis. presentibus Cobello de Durante. Iohanne Quallaserio. abate Petro iudicis Stephani et Iohanne Tucio Sabatino de Neritono testibus. Et ad futuram rei memoriam ac prefatarum ambarum partium cautelam de premissis fieri iussimus publica consimilia documenta per manus prefati notarii Iohannis actorum notarii ad premissa per nos assumpti. quorum presens ad cautelam prefate Catucie suorumque heredum exinde factum est scriptum quidem per me predictum [Iohannem] pupillum ut supra actorum notarium subscriptionibus predicti vicarii et predictorum testium litteratorum exinde roboratum.

+ Ego qui supra abbas Bartholomeus Sabbatinus vicarius predicta facteur et accepto et proinde me subscripsi et meo consueto vicio viciavi.

- + Cobellus de Durante qui supra prolacioni dicte sentencie pro teste interfuit et se subscriptis.
- + Ego qui supra Iohannes Tuccius Sabbatinus testis sum.
- + Iohannes Quallaserius qui supra testatur.

1 Erroneamente il regesto dello stesso documento apparso nel fasc. IX di «Studi Salentini» a pag. 41 reca da Rotino.

2 Se Martino V è stato consacrato — come pare dalla Cronologia del Capelli — il 1 novembre 1417, il suo anno di pontificato dovrebbe essere *sesto* e non *quinto*; anno e indizione, invece, concordano sicché può pensarsi a un errore di calcolo del notaio nel computo degli anni di pontificato.

3 Così nella pergamena.

4 Così nella pergamena.

## XIX

1428, febbraio 15, ind. VI,

Giovanna II regina di Sicilia a. XIII, Giovanni Antonio del Balzo Orsini principe di Taranto a. VIII, Nardò.

Filippo de Sancto Blasio, di Nardò, ordinato l'inventario dei suoi beni mobili ed immobili, fa testamento in favore dei suoi figli.

Orig., perg. n. 87, di cm. 41x37, in cattivo stato, con grossi fori e macchie.

+ [In nomine domini nostri Iehsu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatragentesimo vicesimo 1 octavo. Regnante serenissima et inclita domina [domina nostra.] Iohanna [Dei gratia] Hungarie Ierusalem et Sicilie Dalmacie Croacie Rame Servie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque regina Provincie et Fo[r]calquerii [ac Pedimento]ntis comitissa. [regni vero] eius anno terciodecimo. dominante quoque in principatu Tarenti illustri et serenissimo domino domino nostro Iohanne Antonio [de Baucio Ur]sinis [....] Tarlenti prin[ci]pe domini vero eius anno ottavo feliciter amen. mense februarii die quintodecimo eiusdem sexte indictionis Neritonii. Nos Guillelmus de Bosco de [Neri]tono an[n]alis iudex .....] Antonius de Natali de Neritono puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius. abbas Petrus magistri Symeonis. iudex Antonius de Pan[dis ...] Philippus de Epifanio notarius. Iacobus Gaytanus. dompus Antonius Bonus. abbas Franciscus de Grisoleone. dompus Nicolaus Pictasangie. Iohannes Bellus Argenterius. Nicolaus de Grisoleone. Iohannes Tuczius Sabbatinus. Iohannes Thomas de Neritono. testes viri licterati de eadem civitate ad hoc specialiter vocati atque rogati presenti puplico scripto fatemur notumfacimus et testamur quod accersitis nobis ad petitionem et preces nobis factas pro parte viri nobilis Philippi de Sancto Blasio de Neritono ad hospicium sue habitacionis situm intus civitatem Neritonii in pittaglio Castelli vicinio ecclesie Sancte Dominice 2 iuxta domos Stephani Belli iuxta viam puplicam et alios confines si qui sunt. intus in camera dicti hospicii ubi ipsum invenimus iacentem in lecto

sanam tamen habentem memoriam per Dei gratiam rectamque loquela licet eger corpore. qui quidem Philippus non ignarus sui patrimonii prius et ante omnia per viam seu modum inventarii declaravit et dixit in nostri presentia se habere tenere et possidere bona stabilia et mobilia infrascripta videlicet. In primis dictus Philippus dixit habere petiam unam vinearum ortorum quinque cum pila et pilacchio in feudo principali in loco nominato de Serecanbio iuxta vineas Andree Nicolai de Theodero iuxta vineas Cicci de Theodero et alios confines. Item ponit habere in loco nominato Sancta Maria de Paradiso iardenum unam cum diversis arboribus ortorum trium et medium. parum plus vel minus. iuxta iardenum monasterii Sancte Clare. iuxta iardenum monasterii Sancti Stephani de Curano iuxta viam puplicam et alios confines. Item in feudo domine Agnetis in loco nominato de Barrilla ortos terrarum octo parum plus vel minus iuxta terras Loysii et Cicci de Sancto Blasio iuxta terras domini Petri et Francisci de Fonte Fran(cis)co et alios confines. Item in feudo Carigniani in loco nominato Cultura dicti casalis petiam unam terrarum ortorum centum iuxta clausorium nominatum de Merczano quod tenet Lucas de Carigniano iuxta territorium seu maclam Sancti Leuczii confratr[um] Alamagnorum iuxta massariam nominatam de Carparellis iuxta vias puplicas et alios confines. Item ibidem petiam unam terrarum iuxta terras dompni Petri de Nofrio iuxta terras et macla nominata de Sgottis iuxta viam publicam et alios confines. Item ibidem petiam unam terrarum cum curtibus et clausoriis nominatis Veteribus et petia una alia terrarum iuxta clausoria Nicolai, Bruni iuxta terras Curie dicti casalis Carigniani iuxta [dictum] clausorium de Turreczano et alios confines. Item in feudo Poyani petiam unam terrarum nominata 3 de Planguto iuxta terras Nicolai de Theodero de Poyano iuxta viam puplicam et alios confines. Item ibidem petiam unam aliam terrarum iuxta terras que fuerunt quondam Georgii Galterii Gallipoli de Neritono iuxta alios confines. Item ibidem clausorium unum quod fuit quondam Perrocti de Poyano iuxta clausorium quod fuit quondam Stephani Cannoleti iuxta clausorium Iohannis dompni Thome et alios confines. Item hospicium unum in quo habitat prout appetet per instrumentum proinde confectum per manus notarii Loysii Siones de [...] ne sibi facta per dompnam Mitam de Peregrino iudicis Symeonis de Neritono. Item mulam unam cum sella et freno. Item boves duos domitos. Item somerium unum. Item vegetes tres capac[itatis] blarilium centum quinquaginta. Item vegetes alias tres quarum due sunt plene vino capacitatis barilium centum. Item cassias magnas duas cum seris et clavibus. Item cassiolas duas similiter c[um ser]is et clavibus. Item cassiolam unam parvam cum sera et clave. Item cassionum unum novum de ulmo divisum per medium. Item aratrum unum cum vomere et iugum unum. Item zappam unam latam. Item zappam unam grossam et aliam serculariam. Item (conth)arellum unum. Item ensem unam. Item par unum de calcariis. Item ponit solvisse domine Philippe de Januis pro domino Adam de Melepigniano socero suo uncias octo et tarenos decem ad quas et quos dictus dominus Adam tenebatur dicte dompne Philippe. Item ponit solvisse domino Ciccarello de Montefuscolo de Neritono pro thuminis

de frumento ducentis habitis per ipsum dominum Adam uncias sex tarenos viginti. Item eidem domino Ciccarello ponit solvisse pro predicto frumento de eo quod plus valuit uncias alias sex tarenos viginti. Item ponit habere baccili duo de attono. Item concam unam de ere ad pedem parvam. Item caldare unum de ere magnum. Item quartariam unam de ere que est domini Ade. Item cucume due parve de ere. Item cucumam unam magnam. Item spitum unum de ferro magnum. Item spitum unum altud de ferro ad pedem. Item cutellum unum grossum. Item cultras duas albas. Item ponit emisse tanta eris missa dicti domini Ade per manus abbatis Antonii Cantalupi de Gallipolo quod assendit ad summam unciarum quattuor tarenorum quindecim. Item asseruit debere recipere ab Andriano de Falconibus pro eloerio mule dicti testatoris tarenos sex et grana decem et novem. Item ponit habere cultram unam de cendato rubro cum fundo de auro. Item supraperticam unam laboratam ad stellas cum sirico rubro. Item par unum lintheaminum listatum. Item par unum lintheaminum ad pannos quatuor de panno lini. Item copertarium unum de panno lini Item mandelonos quatuor. Item tobaleas tres pro mensa. Item tobaleam unam cum sirico laboratam pro ligare. Item copertaria duo de panno lini. Item bocalia duo de ere. Item orilleria tria. Item tobaleam unam pro mensa grossam. Item segium unum laboratum ad retem. Item camisiam unam plenam de cucullis. Item mantellum unum de colore parvum. Item segium unum laboratum cum armis dicti testatoris. Item curtinam unam laboratam cum sirico veterem. Item faciem unam de mataracio cum bonbice blevi. Item de cucullo cotto uncie sex. Item de sirico crudo uncias sex. Item mataracia quatuor plena lana de quibus voluit dictus testator quod unus detur cui placebit Philippo de Epifanio. Item sacconum unum. Item lintheamina duo. Item cultras duas veteres. Item sargiam unam laboratam diversis laboreriis. Item mantum unum pilosum. Item traverseria quatuor de quibus similiter voluit quod unus detur cui placebit dicto Philippo. Item trappitum unum turchiscum. Item asseruit habere cultram unam que est in manibus uxoris Marczii (de) Mandorino de Neritono ad laborandum et debet habere pro labore suo tarenos sex. Item ponit habere de bonbice a(c)upa degalitra viginti. Item ponit habere dictus testator subscripta bona que fuerunt dotalia videlicet in primis hospicium unum intus civitatem Neritonii in pittagio Sancti Salvatoris consistens in palazio uno magno. domo alia nominata cellario cum orto uno cum diversis arboribus iuxta hospicium Antonelli de Anestora iuxta hospicium Roberti de Sancto Blasio iuxta viam puplicam et alios confines. Item iardenum unum cum diversis arboribus in loco nominato Sancta Maria de Buccalio ortorum [sex] iuxta terras iudicis Fini de Montefuscolo. I[tem] iardenum quod fuit quondam Nicolai de Troso iuxta vias puplicas. Item in feudo domine Agnetis in loco nominato Sancta Maria de Ponte terrarum ortos quatuor iuxta terras dotales nobilis Antonii de Pantaleonibus iuxta terras dotales [.....] Antonelli de Anestora iuxta [.....] et alios confines. Item in eodem feudo in loco nominato de Cuchara ortos terrarum quinque iuxta terras Nicolai [...]ti iuxta terras [domini] Iohannis Grand[e] et viam puplicam. Item in feudo Oyarice terrarum ortos quatuor iuxta terras dota-

les Antonii Nominileonis iuxta terras quas tenet abbas Simplicius de Epifanio pro anima dompne Salerne uxoris dicti testatoris [iuxta] viam puplicam et alios confines. Item in feudo Principali in[....] Nicolao de Arenis ortos [vinearum] tres et medium iuxta vineas [.....] de Durante iuxta vineas quas habet in beneficium abbatem Franciscum Talla(nti)lum 3 [iuxta] viam puplicam et alios confines. Post quod quidem inventarium premisso modo [.....] per eum prefatus Philippus testator heredes sibi instituit subscriptos filios suos modo subscripto videlicet. Et quia heredis institutio caput est et principium cuiuslibet testamenti ideo dictus Philippus testator [.....] nem et Florencium de Sancto Blasio de Neritono suos dilectos filios legitimos et naturales in omnibus bonis suis licet in infrascriptis debitis et legatis usque ad in[.....]onem substituit. In quo [.....] constitucionem que caput est testamenti disposuit condidit et fecit inter alia subscripta capitula seu clausula in hec verba videlicet. Et si omnes mori contingat infra pupillarem etatem vel post [.....] vigesimum quintum annum filii legitimis non relictis voluit quod immediate dictorum bonorum suorum succedant omnes filie femine quondam Nicolai de Sancto Blasio de Neritono sui fratribus [.....] endatur et fiat pro anima dicti testatoris et quondam uxoris sue per subscriptos eius epitropos. Post que quidem capitula seu clausulas testator predittus fecit et condidit subscriptam aliam clausulam in hec verba [.....] presens testamentum dictus Philippus testator esse voluit suum ultimum testamentum quod valere voluit iure testamenti et si non valeat vel non valebit ut testamentum propter defectum solemnitatis vel alia causa valere voluit iure codicillorum aut iure donationis causa mortis aut iure ultime voluntatis vel alterius cuiuscumque seu quocumque alio iure melius et utilius valere potest et debet de iure itaque hec sua ultima voluntas semper robur obtineat firmitatis. Ea propter dictus testator nos requisivit ut de sua presenti disposizione conficiamus ad cautelam omnium quorum vel cuius interest et poterit interesse plura puplica documenta seu instrumenta. Et proinde ad requisicionem Argentine Iohanne et Elene de Sancto Blasio de Neritono filiarum feminarum dicti quondam Nicolai de Sancto Blasio ut dixerunt assuerunt eis fore opus et necessarium habere quia dictis Argentine Iohanne et Elene tangitur in premissis. presens instrumentum ad rogatum et cautelam dictarum Argentine Iohanne Elene per nos (et) exinde factum est scriptum quidem per me predictum Antonium puplicum ut supra notarium qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui meoque solito signo signatum superscriptione mei qui supra indicis et nostrum predictorum testium subscriptionibus roboratum.

+ Ego Guillelmus [.....] qui supra annalis iudex Neritoni predicta fateor.

+ Ego dompnus Antonius Bonus qui supra testis sum.

+ Ego Abbas Franciscus de Grisoleone qui supra testis sum.

+ Ego [.....] Bellus Argenterius qui supra testis sum.

1 Così nella pergamena. Come si vedrà successivamente, abbondano le doppie c.

- 2 Così nella pergamena.
- 3 Così nella pergamena.
- 4 Così nella pergamena.

## XX

1469, marzo 12, ind. II

Ferdinando re di Sicilia a. ...., Nardò.

L'abate Riccardo Spicolicio di Nardò, quale procuratore del suo vescovo, fa transuntare un privilegio di Roberto principe di Taranto (1354, maggio 23, ind. VII, Napoli) che riconosce alla Chiesa Madre di Nardò la decima dei proventi della *cabella baiulacionis* già ad essa concessa dai re di Sicilia.

Orig., perg. n. 88, di cm. 41x30, in pessimo stato. 1

*(In nomine domini nostri Ihesu Christi) amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo quatringentesimo sexagesimo nono. Regnante serenissimo et inclito domino domino nostro Ferdinando Dei gracia Sicilie Ierusalem et Hungarie rege etc. regnorum vero sui [.....] feliciter amen. [mense mar]tii die duodecimo eiusdem secunde indictionis. Neritoni. Nos Gabriel Gactus de Neritono regius [per totum regnum] Sicilie ad contractus [ad vitam] iudex. Antonius de Vito de terra Sancti Petri civis Neritonii puplicus ubilibet per [totum regnum] Sicilie re[gia au]ctoritate notarius et testes subscripti videlicet. abbas Franciscus Bellante abbas ecclesie Sancte [Marie .....]. abbas Loysius Feraro. notarius Filippus de Nuchio. Gabriel Funyati. Iohannes Petrus Thotinus. Bartholomeus Thotinus. Gabriel Spina [...] et Antonellus de Sancta Lucia de Neritono viri licterati ad hoc specialiter vocati atque rogati presenti scripto puplico fatemur notumfacimus atque testamur quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presencia constitutus venerabilis vir abbas Riccardus Spicolicius de Neritono thesaurarius Maioris et Matris Ecclesie Neritonensis procurator ad infrascripta. ut dixit. reverendi in Christo patris domini nostri domini Ludovici de Pennis episcopi Neritonensis procuratorio nomine et pro parte dicti domini episcopi Neritonensis et dicte sue Neritonensis Ecclesie asseruit atque dixit coram nobis prefati domini episcopi et dicte sue Neritonensis Ecclesie interesse habere transumptatum subscriptum privilegium quod dubitabat originale perdi posse ex aliqua causa propter viarum discrimina. ob quod presentavit et ostendit ipsum subscriptum privilegium coram nobis quod vidimus legimus et legi audivimus non arrasum. in carta membranea scriptum cuius privilegii series seu tenor talis est.*

*Robertus Dei gracia imperator Constantinopolitanus Romanie despots Achaye et Tarenti princeps iusticiariis et vicariis principatus nostri Tarenti presenti et futuris devotis nostris salutem et dilectionem sinceram. Cum in signum universalis dominii eius qui dat omnibus*

omnia ex divina institucione noscantur decime constitute. obrend[um] projecto et multa censemur animadversione plectendum si per humana[m] fraudem vel maliciam in cedendis eisdem cuiuscumque subtractione vel dilationis<sup>2</sup> dispendium ingeratur. sane pro parte [reverendi viri] domini abbatis Maioris Ecclesie Neritonensis consiliarii et familiaris nostri dilecti fuit Maiestati nostre devocius supplicatum ut. cum tam ipse quam predecessores sui in eadem Ecclesia qui fuerunt a tempore Catholicorum regum Sicilie decimam iurum reddituum et proveniuum cabelle baiulacionis nostre terre Neritoni percipere consueverunt et habere decimam ipsam et nomine et pro parte Maioris sue Neritonensis Ecclesie exhiberi mandare benignius dignaremur. nos igitur volentes exinde [...] confirmari per alias nostras licteras commisisimus et mandavimus iusticiario et vicario nostro principatus Tarenti quod sollicite et diligenter inquireret per homines fide dignos per quos huius nost[...] et certius potuisset indagari et per alios probationes legitimas si prefatus abbas seu predecessores sui in dicta Ecclesia ab eorundem Catholicorum regum Sicilie temporibus et usque ad tempora nostri dominii prefatam decimam consueverunt percipere [...] et [...] cum inde invenire contingit in scriptis sub sigillo suo nostre Maiestati referret ut visa et inspecta relacione inquisicionis huiusmodi Maiestas nostra super exhibicione ipsius decime debite provideat quod ergo per inquisicionem eandem Maiestati nostre noviter presentatam nobis clare et lucide constitit et aperte quod successores eiusdem abbatis pro ipsa Maiore Neritonense Ecclesia [prefatam] decimam baiulacionis eiusdem civitatis Neritoni anno quolibet a dicta nostra [Curial] consueverant percipere et habere. Attento quoque quod inter alia sine expresso [...] capitula sunt edita in hac parte que prorsus intendimus observare et devocioni vestre districtius precipiendo mandamus quatenus [...] ex ipsa baiulacione [...] pro novis statutis mistim concessis seu locatis cum iuribus dicte baiulacionis prefate civitatis Neritoni ac pecunia ante manu pro ipsarum gabellarum aumento seu incan[...] prefatam decimam baiulacionis dicte civitatis Neritoni tam vos presens iusticiarie [...] quam vos alii successive futuri prefato abbati pro predicta sua Maiori Neritonensi Ecclesia et singulis in eadem Ecclesia presulibus successoribus vel eorum procuratoribus aut nunciis presentes vobis licteras [ostendentibus] a die date presencium debitissim temporibus annis singulis exhibeatis ac etiam [exsolvatis] seu solvi et exhiberi per baiulos seu gabellotos decimam baiulacionis predicte integre faciatis et recipiatis seu recipi faciatis exinde debitam super [...] apodixam. Mandato quocumque per nos facto hinc forte contrario non obstante [...] prestantibus post oportunam inspectionem earum transumpto ipsarum per quemlibet vestrum in publica forma recepto [...] eiusdem Maioris Neritonensi Ecclesie remanentibus presentanti. Datum Neapoli in Camera nostra [...] logothete et prothonotarii nostri anno Domini MCCCLIIII die XXIII mai VII indictionis. imperii nostri anno VIII. principatus vero anno XXIII.

1 Il diploma di Roberto principe di Taranto viene integrato con una copia

cartacea mutila anch'essa esistente nello stesso Archivio. Le integrazioni sono segnate tra parentesi quadre.

2 Così nella pergamena ove, del resto, anche il precedente *censemur* appare sospetto.

## XXI

1477, agosto 4, ind. X,

Ferdinando I re di Sicilia a. XX, Nardò.

Margarita Pecorario, di Nardò, vende a Pietro suo fratello una casa nel pittagio di S. Paolo, in Nardò, pel prezzo di 3 once d'oro e 15 tari.

Orig., perg. n. 89, di cm. 29x36, in discreto stato, ma alcuni tagli centrali denotano che era stata usata come copertina di qualche registro o protocollo notarile.

*In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo quatrigentesimo septuagesimo septimo. Regnante serenissimo et inclito domino domino nostro Ferdinando Dei gratia excenso rege Hungarie Ierusalem et Sicilie. regni vero eius anno vicesimo feliciter amen. mense augusti die quarto eiusdem decime indictionis Neritonii. Nos Gaspar de Arcudio de Neritono regius per totum regnum Sicilie ad contractus ad vitam iudex. Loysius Tisus de Neritono puplicus ubilibet per totum predictum regnum Sicilie regia auctoritate notarius. et testes subscripti videlicet. Loysius de P(e)ra, 1 Benedictus de Castello et Bernardinus de Franco de Neritono viri lice-  
rati ad hoc specialiter vocati atque rogati presenti scripto puplico fa-  
temur notumfacimus et testamur quod predicto die eiusdem ibidem in  
nostri presencia constitutis Margarita Pecoraria de Neritono cum con-  
sensu assensu licencia et voluntate domini Gabrielis Cicci de Neritono  
sui viri ibidem presentis et suum assensum et consensum in omnibus  
et singulis presenti instrumento contentis prestantis ex una parte. et  
Pietro Pecorario de eadem civitate Neritonii suo fratre ex parte altera.  
Predicta quidem Margarita non vi dolo vel metu inductus 2 ut dixit  
set sponte et voluntarie coram nobis vendidit et titulo pure vendicionis  
dedit et per fustum ut moris est tradidit et assignavit iure proprio et  
in perpetuum eidem Pietro ibidem presenti ementi recipienti et stipu-  
lanti pro se heredibus et successoribus suis domum unam palaciatam  
sitam in dicta civitate Neritonii in pittagio Sancti Pauli vicinio ecclesie  
Sancti Panthaleonis iuxta domos dicti Petri ex tribus lateribus iuxta  
viam vicinalem et alios confines. si quos habet. cum introytibus exiti-  
bus iuribus et pertinentiis suis omnibus ad semper habendum tenen-  
dum et possidendum dictam domum palaciataam per ipsum Petrum suos-*

que heredes et successores et deinceps 3 quicquid eidem Petro et suis heredibus et successoribus placuerit faciendum tanquam veris dominis et patronis pro certo pretio statuto et diffinito inter eos videlicet pro uncis auri tribus et tarenis quindecim carolenorum argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam et duorum pro tareno quolibet computatorum. quam pecuniam seu precium dicta Margarita recepit et habuit ac confixa fuit coram nobis se recipisse 4 et habuisse a dicto Petro pro vendicione predicta. Et proinde dicta Margarita in vacuam possessionem dicte domus palaciata eundem Petrum per fustem ut moris est et inveterate consuetudinis dicte civitatis Neritonii coram nobis posuit et induxit. cedens et transferens eidem Petro omne ius omnemque actionem quod et quam prefata Margarita habebat et quomodolibet habere poterat in et super domo predicta. et nichilominus constituens se precario tenere et possidere dictam domum nomine et pro parte dicti Petri quo usque et donec Petrus ipse eiusdem domus palaciata possessionem acceperit corporalem. quam accipendi sua auctoritate propria et presentis instrumenti vigore et deinceps per eum retinendi sibi licenciam dedit et omnimodam et liberam potestatem. Quem presentem vendicionis contractum et omnia et singula supradicta et infrascripta presenti instrumento contenta dicta Margarita promisit et obligavit se suosque heredes et successores et bona sua omnia mobilia et stabilia presencia et futura habita et habenda coram nobis eidem Petro ibidem presenti et stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus habere tenere et observare perpetuo et inviolabiliter ratum et firmum rata et firma et litem vel controversiam eidem Petro vel suis heredibus et successoribus de dicta domo seu parte ipsius ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire set ipsam domum tam in proprietate quam in possessione eidem Petro et suis heredibus et successoribus ab omni homine et universitate legitime defendere ipsius Margarite, sumptibus propriis. auctoritate et disbrigare et hanc curare et facere et adimplere realiter et cum vero effectu et de vicio et evicione teneri Petro predicto sive ipse Petrus notificaverit eidem Margarite litem ipsam vel controversiam et requisiverit eandem Margaritam de defendendo ipsum Petrum de ipsa lite vel controversia sive non. Et contra predictum contractum et alia omnia et singula supradicta et infrascripta presenti instrumento contenta non facere vel dicere seu venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto in iudicio vel extra iudicium ullo unquam tempore ad penam et sub pena dupli pretii pecunie supradicte pro medietate quidem dicto Petro presenti et stipulanti pro heredibus et successoribus suis. et pro reliqua medietate Regie Curie aut cuiuslibet alterius iudicis competentis persolvenda a Margarita predicta. Me predicto notario Loysio tanquam persona publica predictam reliquam ipsius pene medietatem nomine et pro parte dicte Curie stipulante a Margarita predicta que pena tocens committatur exigatur et persolvatur quociens contra predicta vel aliquid predictorum factum fuerit vel dictum sive ventum. Et commissa soluta vel non soluta aut gracie remissa dictus nichilominus contractus et omnia et singula predicta et infrascripta presenti instrumento contenta ratus et firmus rata et firma maneant perpetuo et in suo firmitatis robore

perseverent cum integra refectione dampnorum expensarum et interesse que et quas dictus Petrus vel sui heredes et successores pro inde subierint seu fecerint quoque modo in iudicio vel sui heredes et successores pro inde subierint seu fecerint quoque modo in iudicio vel extra iudicium de quibus stari debeat et credi simplici verbo solo Petri predicti vel heredum et successorum eiusdem. Et renuntiavit insuper dicta Margarita expresse et ex certa eius ut dixit scientia coram nobis super premissis sponte et voluntarie eidem Petro presenti, et renunciaciones ipsas pro se heredibus et successoribus suis stipulanti. actioni exceptio- ni doli mali vis metus in racionis 5 et in factum rei aliter geste simu- lati contractus condicionis indebitae et sine causa non numerate pecu- nie. legi subvenienti deceptis venditoribus ultra dimidiam iusti pretii. iuri prohibenti penam in contractibus apponi et appositam exigere. bene- ficio restitucionis in integrum senatus consultus Vellejani. et omnibus aliis actionibus exceptionibus et defensionibus iuribus auxiliis legibus et beneficiis quibus seu quorum aliquo dicta Margarita vel sui heredes et successores possent contra predicta et infrascripta vel aliquid eorum- dem facere vel dicere seu venire quoquo modo aut se defendere vel tue- ri. iuri quoque quo cave [...] generalem renunciacionem non valere. Volens quod predicta generalis renunciacio valeat et teneat tam ad spe- cificata quam ad non specificata et quod non specificata pro spe- cificatis habeantur et intelligantur et ad omnia etiam incongnita tra- hatur subintelligatur et duret generalis renunciacio supradicta. cerciora prius dicta Margarita ut dixit per ipsius peritum virum de renun- ciacionibus supradictis. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter tenendis et observandis et de contra predicta non veniendo vel dicen- do quamquam predicta omnia et singula vera sint ac pro maiori robore omnium predictorum partium ubi presentis contractus coram nobis extitit solemniter celebratus in manibus dicti Petri presentis et eidem Margarite deferentis corporale prestitit ad sancta Dei evangelia iura- mentum. Acto expresse inter partes easdem quod si in presenti instru- mento quispiam inveniatur defectus quod defectus ipse possit per nos pre- dictos notarium et testes corrigi suppleri et emendari semel bis et quo- ciens opus erit veritatis et facti substancia non mutata. non obstante ta- men quod fuerit parti traditum vel [...] presentatum. [In cuius rei te- stimonium ac] certitudinem premissorum et cautelam dicti Petri de vo- luntate ipsarum partium de premissis per nos predictos factum est pre- sens puplicum instrumentum. scriptum quidem per me predictum Loysium publicum ut supra notarium signo meo solito signatum. subscriptione mei qui supra [iudicis atque] nostrum predictorum subscriptorum testium virorum licteratorum subscriptionibus subscriptum et robonatum. Loy- sius. 7

- + Ego Gaspar de Arcudio de Neritono qui supra regius ad contractus iudex.
- + Ego Loysius de P(e)ra de Neritono qui supra testis sum.
- + Ego Bernardinus de Franco de Neritono qui supra testis fui.
- + Ego Benedictus de Castello de Neritono qui supra testis sum.

<sup>1</sup> Nella pergamena si legge *p*, che si può egualmente interpretare come *Pera*, *Para* o *Pora*. Così nella sottoscrizione in calce al documento.

- 2 Così nella pergamena.
- 3 Così nella pergamena.
- 4 Così nella pergamena.
- 5 Così nella pergamena.
- 6 Così nella pergamena.
- 7 Il nome del notaio appare ben chiaro nel segno del tabellionato.

XXII

1489, luglio 22, ind. VII,

Ferdinando II re di Sicilia a. XXXII, Nardò.

L'abate Francesco Spaccaferro, di Nardò, cappellano della chiesa di S. Giorgio del casale di Ugiarica, col consenso del vicario vescovile, vende nell'interesse della sua chiesa ad Angelo Mattarrano detto «Marra» un pezzo di terra in feudo di Ugiarica per un'oncia di carlini d'argento.

Perg. n. 90 di cm. 47x27, in mediocre stato, macchiata e mancante a sinistra.

*In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo quadrigentesimo ottuagesimo 1 nono. Regnante serenissimo et inclito domino domino nostro Ferdinando Dei gratia excelso rege Sicilie Ierusalem et Hungarie regnorum eius anno tricesimo secundo mense iulii die vicesimo secundo eiusdem septime inductionis Neritoni. Nos Antonius de Epifanio de Neritono annalis ipsius civitatis Neritoni pro presenti anno iudex. Guillelmus Caballonus de ditta civitate Neritoni puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius et testes subscripti videlicet abbas Gabriel de Benedicto. Iohannes Paulus de Guarreorio. Agustinus de Sancto Blasio et Benedictus de Castello de Neritono viri licterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico fatemur notum-facimus et testamur quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presencia constitutis venerabili viro abbae Francisco Spaccaferro de Neritono cappellano ecclesie Sancti Georgii de casali Ugiarice cum consensu et voluntate reverendi abbatis Iosue de San Basilio de Neritono archidiaconi Maioris Neritonensis Ecclesie et vicarii generalis reverendi in Christo patris et domini Loysii Iustini de Castello Dei et Apostolice Sedis gratia episcopi Neritonensis ibidem presentis et omnia et singula presenti instrumento consencientis et acceptantis ex una parte et Angelo Mactarrano ditto Marra de ditta civitate Neritoni ex parte altera. dictus quidem abbas Franciscus cappellanus nomine et pro parte ditte ecclesie pro utilitate ipsius ecclesie et cappellani predicti et successorum cappellanorum vendidit et vendicionis titulo perpetue dedit tradidit et per fustem ut moris est assignavit ditto Angelo ibidem presenti ementi recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus iure proprio et imperpetuum terrarum petium unum lapibus circumdatum ortorum duorum et quantum est cum cisterna una diruta ibidem ditte ecclesie. situm in ditto casali et feudo Ugiarice*

prope ipsam ecclesiam iuxta curtes et terras ditti Angeli iuxta terras heredum Antonii Spani iuxta viam puplicam et alios confines. servitutis decim(a) domino ipsius feudi cum omnibus iuribus rationibus pertinenciis introytibus et exitibus suis intus et extra et super se habitis et contentis pro certo pretio inter partes predittas statuto diffinito sive convento videlicet pro uncia una in carlenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta pro uncia et duobus pro tareno quolibet computatis. cum pattis subscriptis videlicet quod dittus Angelus teneatur et debeat tenere[.....] unam nomine et pro parte ipsius ecclesie donec et quoisque dictus abbas Franciscus invenerit et emerit possessionem unam [.....] ut supra quam possessionem tenere possit nomine et pro parte ipsius ecclesie prout tenebat canonice dittus Petrus[.....] cum cisterna predicta. et dittus Angelus ad requisitionem dicti abbatis Francisci cappellani promisit coram nobis [.....] petitionem ditti abbatis Francisci, sibi fattam pro emenda possessione preditta cum licentia preditti vicarii dare dittam unciam unam in[.....] pro causa vendicionis preditte cum pattis predittis pro utilitate ipsius ecclesie ut supra. Et proinde dittus abbas Franciscus cappellanus [.....] ex tunc et tunc prout ex nunc eundem Angelum emptorem in vacuam possessionem ditti pecii terrarum cum cisterna et iuribus suis predittis [...] ut moris est et inveterate consuetudinis coram nobis posuit et induxit. constituens se dittus venditor nichilominus preditum pecium terrarum cum cisterna preditta loco et finibus designatis precario nomine et pro parte ipsius emptoris tenere et possidere quoisque emptor prefatus de eis possessionem acceperit corporalem quam accipiendi et deinceps retinendi ac de eis in eis et ex eis pecio terrarum et cisterna quicquid voluerit faciendi plenam dedit et omnimodam potestatem et auctoritatem prefatus venditor emptori iam ditto modo sui liberi arbitrii tamquam (ipso)rum effectus verus dominus et patronus pro parte ipsius ecclesie. Quem emptionis et vendicionis contratum et omnia et singula preditta et subscripta presenti instrumento contenta ambe partes promiserunt coram nobis et obligaverunt se eorumque heredes et successores et bona eorum omnia mobilia et stabilia habita et habenda presencia et futura per guadiam et stipulacionem solemnem sibi ad invicem videlicet una pars alteri et altera alteri ratum gratum et firmum rata grata et firma habere tenere illibatumque servare et perpetuo custodire et numquam contra ea vel ipsorum aliquid dicere opponere vel venire per se alium seu alios eorum nomine et pro parte in iudicio vel ext<sup>a</sup> iudicium ditto fatto vel scripto semper sibi ad vicem tacite et contente modis omnibus permanere. Et exinde dictus abbas Franciscus nomine quo supra promisit de omni vicio et evicione teneri et defensorem existere contra omnem personam volentem emptorem eundem dittosque suos heredes in iudicium trahere seu aliquatenus molestare. Quod si contra premissa et infrascripta aut ipsorum aliquid factum vel ventum fuerit aliquo modo quocumque obligaverunt se ad invicem vicissim et altrius secus una pars alteri et altera alteri solemniter et legitime solvere pene nomine loco earum interesse duplum tocius precii seu pecunie preditte solvenda siquidem pena ipsa pro medietate Apostolice seu

*Regie Curie aut alteri cuicunque Curie competenti ubi exinde reclamatio de premissis et subscriptis primitus fatta fuerit seu querela et pro reliqua medietate parti servantis premissa et infrascripta solvenda per partem contravenientem me predicto notario Guillelmo tamquam persona publica penam ipsam pro parte ipsarum Curiarum et cuiuslibet ipsarum et ditis partibus a se ipsis vicissim et altrinsecus solemniter et legitime stipulantibus. qua pena preditta soluta vel non soluta aut gratiore remissa que quotiens committitur tociens persolvatur presens publicum instrumentum cum eiusdem pene promissione et obligacione et quicquid in eo continetur nichilominus in suo robore perseveret et non obstante iure aliquo penam in contrattibus apponi prohibente et apposita non exigi neque solvi. Super quibus predittis omnibus et subscriptis dicte partes voluntarie ac de certa earum scientia renunciaverunt modis omnibus et expresse exceptioni et actioni doli mali vis metus et in fattum. exceptioni presentis non sic celebrati contractus. exceptioni preditte vendicionis non sic ut predictur fatte ut supra continetur. cum pattis et condicionibus supradictis rei aliter geste quam in presenti instrumento publico continetur. legi per quod deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur. beneficio restitucionis in integrum et omni alii legum et iuris auxilio scripti et non scripti canonici et civilis. longobardi. constitucionum et capitulorum regni quibus possint contra preditta et subscripta vel aliquod predictorum et subscriptorum venire. et iuri dicenti generalem renunciationem in contractibus non valere. et iuri quo(cavetur) quod talis renunciatio non valeat. ita quod generalis renunciatio valeat et teneat tam ad specificata quam ad ea que specificata non sunt. et non specificata [...] pro specificatis habeantur et teneantur et ad omnia eciam incognita trahatur subintelligatur et duret generalis renunciatio supradicta. ceteriorate prius partes [...] potestate et efficacia legum et iurium predittorum ac effectibus eorundem antequam renunciarent eisdem per iuris peritum et expertum virum [...] let pro premissis omnibus et singulis adimplendis et inviolabiliter observandis. deque non contraveniendo ditto fatto [...] stante in platea publica Neritonie ante theatrum ipsius civitatis ubi presens contrattus fuit solemniter celebratus una pars in manibus alterius [...] sibi ipsis deferentibus et recipientibus manibus propriis tactis scripturis prestiterunt iuramentum et voluerunt partes ipse quod de premissis fieri pos[...] similia instrumenta unum effectum continencia ad consilium sapientis veritatis tamen et facti substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et certitudinem [...] et ipsius Angeli emptoris petitionem pariter et cautelam fattum est hoc exinde presens publicum instrumentum scriptum quidem per me predictum Guillelmum Caballum publicum ut supra notarium signo meo solito signatum. subscriptione mei qui supra iudicis et nostrum preditorum testium subscriptionibus scriptum pariter et roboratum.*

[...] Antonius de Epifanio de Neritono qui, supra annalis iudex.

[...] abbas Gabriel de Benedicto de Neritono qui supra testis sum.

[...] Iohannes Paulus de Guarrelio de Neritono qui supra testis sum.

1 Il nesso et diventa chiaramente, in tutta la pergamena, tt.

## XXIII

1490, ottobre 26, ind. VIII,

Ferdinando II re di Sicilia a. XXXIII, Nardò.

Nicola de Corilliano, notaio di Nardò, vende all'abate Francesco Spaccaferro, cappellano della chiesa di S. Giorgio nel casale di Ugiarica, alcune vigne in feudo di Pampiliano (Nardò).

Perg. n. 91 di cm. 31x25, in mediocre stato, lacera a sinistra.

*In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo quadrigentesimo nonagesimo. regnante serenissimo et inclito domino domino nostro Ferdinando Dei gratia excelsus rege Sicilie Ierusalem et Hungarie. regnum vero eius anno tricesimo tertio feliciter amen. mense ottobris 1 die vicesimo sexto eiusdem none 2 indictionis Neritonii. Nos Gabriel Gaptus de Neritono regius per totum regnum Sicilie ad contrattus ad vitam iudex. Guillelmus Caballonus de dicta civitate Neritonii puplicus ubilibet per totum dittum regnum Sicilie regia auctoritate notarius et testes subscripti videlicet Antonius de Epifanio. Filippus 3 de Epifanio. dompnus Stefanus de Castellana et Nicolaus Caballonus de Neritono viri litterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto publico instrumento fatemur notumfacimus et testamur quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presencia constitutis notario Nicolao de Corilliano de Neritono ex una parte et abbe Francisco Spaccaferro de ditta civitate Neritonii cappellano ecclesie Sancti Georgii de casali Ugiarica nomine et pro parte ditte ecclesie Sancti Georgii cum consensu et voluntate reverendi abbatis Iosue de Sancto Basilio de Neritono vicarii generalis reverendi in Christo patris et domini Loysii Iustini de Castello episcopi Neritonensis ibidem presentis et omnia et singula presenti instrumento consentientis et acceptantis. dictus quidem notarius Nicolaus non vi dolo malo motu seu aliter circumventus. ut dixit. set de sua propria et spontanea voluntate motus coram nobis vendidit et vendicionis titulo perpetue dedit tradidit et per fustum ut moris est assignavit ditto abbatii Francisco cappellano presenti et stipulanti pro parte ditte ecclesie et pro se et successoribus cappellanis iure proprio et imperpetuum vinearum quadragenalia viginti octo. parum plus vel minus et quante sunt. cum pedibus arborum olivarum tribus et pede una arboris oleastris et cum pedibus tribus situum cum medietate pile France et pilacii sita in pertinentiis Neritonii in feudo Pampiliani servitutis decime domino ipsius feudi iuxta vineas dotales Donati Grilli iuxta clausorum olivarum Loysii de Gualterio iuxta terras Angeli Pollichella iuxta viam vicinalem et alios confines. cum omnibus iuribus rationibus pertinentiis introytibus et exitibus suis intus et extra et*

supra se habitis et contentis pro certo precio inter partes predittas statuto diffinito seu convento videlicet pro uncia una in carlenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis. quam pecuniam seu precium in carlenis argenti computatis ut supra dictus venditor confexus fuit se recepisse et habuisse a dicto abbate Francisco quo supra nomine de pecunia ipsius ecclesie de [...]ndam [...] cum [...] ipsius ecclesie Sancti Georgii vendita Angelo Mattarrano de Neritono sita in casali Ugiarice iuxta terras ipsius Angeli iuxta [...] confines pro ditta uncia una in carlenis ut supra. quam unciam dittus abbas Franciscus Cappellanus confexus fuit [...] recepisse et habuisse a dicto Angelo presente et stipulante pro se suisque heredibus et successoribus de pecunia dittarum terrarum. cum [...] ipsius ecclesie ditto Angelo prout continetur in quodam publico instrumento confetto manu propria mei predicti notarii Guillelmi [...] habeatur integre et sine diminucione qualibet a dicto abbate Francisco cappellano. Et proinde dictus notarius Nicolaus venditor eundem abbatem Franciscum quo supra nomine in vacuum possessionem dictarum vinearum cum medietate pile et pilacii cum arboribus predictis predictis finibus designatis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis per fustem ut moris est et inveterate consuetudinis coram nobis posuit et induxit. constituens se nichilominus idem venditor dictas vineas cum medietate pile et pilacii cum arboribus predictis et iuribus suis predictis precario nomine et pro parte ipsius emptoris tenere et possidere quousque emptor prefatus quo supra nomine de eis possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi et deinceps retinendi ac de eis in eis et ex vineis cum medietate pile et pilacii cum arboribus predictis quicquid voluerit faciendi plenam dedit et omnimodam potestatem et autoritatem prefatus venditor emptori iam ditto quo supra nomine pro modo sui liberi arbitrii tamquam ipsorum effectus verus dominus et patronus. Quem emptionis et venditionis contractum promisit dittus notarius Nicolaus venditor et obligavit se suosque heredes et successores et bona sua omnia presencia et futura habita et habenda a iure obligari vetita et concessa per stipulacionem sollempnem ditto abbati Francisco quo supra nomine presenti ed stipulanti pro sepe ditta ecclesia et successoribus cappellanis ratum et firmum tenere illibatumque servare et perpetuo custodire et nunquam contra ipsum facere vel venire de iure vel de facto per se vel alium seu alios eorum nomine in iudicio vel extra set semper tacitos et contentos modis omnibus permanere et exinde eidem emptori vel eiusdem heredibus de omni vicio et evicione teneri et defensorem existere expensis propriis contra omnem personam volentem emporem eundem dictosque suos heredes et successores in iudicium trahere seu aliquatenus molestare. Quod si ita factum non erit et contrarium forte fuerit attemptatum sponte dictus venditor promisit et obligavit se suosque heredes et successores et bona sua omnia ut supra ad penam et sub pena dupli pecunie seu precii preditti. medietate videlicet ipsius pene si eam committi contingat Regie Curie applicanda et reliqua medietate pene eiusdem ditto emptori quo supra nomine et eius heredibus et successoribus exinde persolvenda me preditto notario Guillelmo tamquam

*persona puplica pro parte eiusdem Curie et ditto emptore pro se et suis heredibus et successoribus exinde persolvenda seu stipulantibus penam ipsam. qua pena soluta vel non soluta aut gratiose remissa quoque modo committitur totiens persolvatur. presens nichilominus instrumentum cum omnibus in eo contentis in suo robore et efficacia perseveret. Et renunciavit insuper dictus venditor eidem emptori et suis heredibus expresse et ex certa eius sciencia excepcioni doli mali vi metus et in fattum. exceptioni non numerate non solute non tradite nec assignate pecunie. preditte legi rem maioris precii. legi quoque dicenti generalem renunciacionem non valere et omni alii legi et iuris scripti et non scripti auxilio canonici vel civilis omnique consuetudini tam generali quam speciali quibus vel quorum alio dictus venditor vel eius heredes et successores possent contra predicta et subscripta venire et ipsa in totum vel in partem infringere seu aliquo annullare. Et pro predictis omnibus et eorum singulis adimplendis et inviolabili obseruandis et contra non veniendo dictus venditor stans in platea puplica Neritoni ubi presens contractus extitit sollemniter celebratus manibus ipsius emptoris corporale prestitit ad sancta Dei evangelia iuramentum unde ad futuram memoriam et dicti emptoris quo nomine suorumque heredum et successorum scriptum est de predictis omnibus et singulis presens puplicum instrumentum ad petitionem et instanciam dicti Angeli Mattarrani petentis pro sui cautela suorumque heredum et successorum. scriptum quidem per me predictum Guillelnum Caballonus de Neritono ut supra notarium signo meo solito signatum. subscripcione mei qui supra iudicis et nostrum predictorum testium subscriptionibus subscriptum. Pariter [.....] superius autem ubi legitur. factum. abrasum rescriptum et emendatum apparel abrasi rescripti et emendavi ego predictus notarius Guillermus non vicio set oblivione.* <sup>4</sup>

1 Il nesso *et* è ormai divenuto *tt.*

2 L'indizione è calcolata soltanto lo stile bizantino. Equivale all'VIII.

3 Al *Ph* ora si sostituisce senz'altro la *F*.

4 Mancano le sottoscrizioni ma c'è il segno del tabellionato.

## XXIV

1500, maggio 23, ind. III,

Federico d'Aragona re di Sicilia a. IV, Nardò.

Luccia de Phalconibus, di Nardò, assegna a Giovanni Cafaro suo genero un pezzo di terra in località «Aera Crucis» (Nardò) in soddisfazione di un residuo di dote che i suoi due figli abate Antonello

Iacopo e Giovanni di Montefuscolo avevano promesso alla loro sorella Elisabetta e mai versato.

Orig. perg. n. 92, di cm. 45x36, mutila in buona parte della metà destra inferiore.

*In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo quingentesimo. Rengnante 1 serenissimo et inclito domino nostro Federico Dei gratia excuso rege Sicilie Ierusalem et Hungarie rengnorum vero eius anno quarto feliciter amen. mense maii die vicesimo tercio eiusdem tercie indiccionis 2 Neritonii. Nos Franciscus Tisus de Neritono regius per totum rengnum Sicilie ad contrattus ad vitam iudex. Franciscus de Guarreorio de eodem Neritono puplicus ubilibet per totum dictum regnum Sicilie regia auctoritate 3 notarius et testes subscripti videlicet. Benedictus de Sermaistro. Philippus de Castello. Loisius de Falconibus. Iohannes Franciscus Maczalis et notarius Agostinus Securus de ditta civitate Neritonii viri litterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico fatemur notum facimus adque 4 testamur quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presencia constitutis domina Luccia de Phalconibus de Neritono ex una parte et domino Iohanne Cafaro de eodem Neritono eius genero ex altera. prefata quidem domina Luccia asseruit coram nobis quod contemplacione et causa matrimonii in Dei nomine contracti inter ipsum dominum Iohannem virum ex una parte et dominam Helisabeth de Montefuscolo ussorem 5 ipsius domini Iohannis ex parte altera inter alia bona dotalia sibi promissa per abbatem Antonellum Iacobum et Iohannem de Montefuscolo fratres ditte domine Helisabeth restaverunt et restant ad dandum et assignandum eidem domino Iohanni pro dotibus predittis certa bona mobilia ascensionia 6 ad summam et extimacionem unciarum quinque videlicet pro tribus partibus eis contingentibus et pro eorum porcione. nec non solvisse et assingnare asseruit prefata domina Luccia dictum dominum Iohannem Thomasio 7 de Montefuscolo nomine et pro parte abbatis Antonelli Iacobi et Iohannis pro resta debiti ad quod tenebantur eidem Thomasio uncias duas et tarenos decem carlenorum argenti boni et iusti ponderis sessaginta per unciam et duorum pro tareno quolibet computatorum solut[ol] per eundem Thomasium nomine ipsorum Ragnuctio de San Bas(il)io pro resta doctium quondam domine Gnasayde eorum sororis legitime et naturalis. et tarenos alias viginti solvisse pro ea pro certis suis spensis fattis pro recuperandis certis bonis dotalibus ipsius domine Luccie. et volens prefata domina Luccia pro dittis eius filiis eidem domino Iohanni satisfaccere de dittis bonis ut supra promisis et de pecunia preditta per eum ut supra soluta pro se in predicta .....] solvere propterea non vi dolo malo metu seu usuasione 8 aliqua ad id inducta ut dixit set sponte et voluntarie coram nobis insolutum et soluti nomine dedit tradidit et per fustem ut moris est assingnavit iure proprio et in perpetuum eid[em] .....] stipulanti pro se et ditta eius ussore eorumque heredibus et successoribus peccium unum terrarum ortorum otto et quant[e] sunt sit[e] in ter-*

ritorio Neritoni in loco nominato Aera Crucis iuxta terras dotales Iohannis Petri de Vito iuxta terras quas tenet in beneficium abbas Gabriel de Nestore [.....] et alios confines. cum introitibus et exitibus iuribus et pertinenciis suis omnibus ad semper 9 habendum tenendum et possidendum utifruendum terras predittas per eundem dominum Iohannem eiusque heredes et successores vendendum permutandum do-tibus adscribendis et deinceps quicquid eidem domino Iohanni et dittis eius heredibus et successoribus placuerit facciendum tamquam veris dominis et patronis pro preccio preditto dittarum unciarum otto eo modo et forma ut supra debit is et casu quo terre preditte fuerint maioris precii prefata domina Luccia considerans et actendens varia et di-versa serviccia sibi prestita et impensa per eamdem dominam Helisabeth eius filiam queve prestat ad presens et prestare poterit in futu-rum Domino concedente motaque affectione materna erga dittam eius filiam volensque eam remunerare de dittis servicciis non vi dolo ut su-pra illud plus quod esset maioris preccii inrevocabiliter inter vivos do-navit donaccionisque titulo dedit et per fustem ut moris est tradidit et assingnavit iure proprio et in perpetuum eidem domine Helisabeth ibi-dem presenti volenti recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus donaccionem ipsam investiens in vacuam possessionem dittarum terrarum eosdem dominum Iohannem et dominam Helisabeth coniuges per fustem ut moris est inveterate consuetudinis dicte civita-tis Neritoni cedens et transferens eisdem coniugibus omne ius omnemque actionem quod et quam habebat seu quomodolibet habere poterat in et super terris predittis. constituens se precario tenere et possidere terras predittas nomine et pro parte ipsorum coniugum quo usque et donec ipsi coniuges vel alter ipsorum possessionem dittarum terrarum adceperint corporalem. adcipiendi eorum auctoritate propria et presen-tis instrumenti vigore deincepx 10 captam per eos retinendi et faciendi ut superius est expressum eis licentiam dedit et omnimodis et liberam potestatem. Quem presentem contractum et omnia et singula supraditta et infrascripta presenti instrumento contempta prefata domina Luccia promisit et obligavit se suosque heredes et successores et bona sua omnia mobilia et stabilia presentia et futura habita et habenda habere tenere et inviolabiliter observare et perpetuo custodire ratum gratum et firmum rata grata et firma et in nullo contrafaccere dicens vel venire de iure vel de facto per se vel alium seu alios eius nomine aliqua causa vel ingenio tacite vel occulte in iudicchio vel extra iudic-cium inmo suis sumptibus et expensis auctorizare et disbrigare terras predittas ab omni homine collegio seu universitate ipsos coniuges molestantes seu molestiam inferentes in et super terris predittis et vit-tores et pocciores faccere in omni casu et eventu si defendendo notificacio et requisicchio fatti fuerit sive non. quod suta 11 factum non erit et contrarium forte fuerit quomodolibet actentatum sponte promisit et obligavit se ut supra ad penam et sub pena unciarum auri viginti quinque. solvendam siquidem penam ipsam pro medietate Regie Curie aut alterius cuiuslibet iudicis competentis et pro reliqua ipsius pene medietate dittis coniugibus vel eorum heredibus et successoribus. me preditto notario Francisco tamquam persona puplica medietatem ipsius

pene pro parte ditte Curie et dittis coniugibus alteram ipsius pene medietatem pro se ipsis et eorum heredibus a ditta domina Luccia et suis heredibus et successoribus recipientibus et stipulantibus. qua pena preditta soluta vel non soluta sive gracie remissa que quociens committitur tocios persolvatur presens nichilominus instrumentum cum eiusdem pene promissione et obligacione in suo semper robore et efficacia perseveret non obstante iure aliquo scripto vel non scripto consuetudinario canonico vel civili que forsitan convencionalem penam peti prohibent vel exigi non expossunt cum integra refectione omnium et singulorum dampnorum expensarum et interesse que et quas subierint seu feccerint ditti coniuges vel eorum heredes pro causa preditta de quibus stari debeat et credi simplici verbo solo cum iuramento dittorum coniugum et eorum heredum nulla alia probaccione exinde requirenda. et renunciavit insuper ditta domina Luccia expresse et ex certa eius. ut dixit. sciencia sponte et voluntarie super premissis eisdem coniugibus presentibus et renunciaciones ipsas pro se suisque heredibus et successoribus stipulantibus accioni et excepcioni doli mali vis metus erroris et in factum. presentis non sic celebrati contrattus. rei preditto modo non geste sive aliter geste. simulati contrattus. condiccionis indebita et sine causa. dicte quantitatis pecunie modo preditto non debite. dicte daccionis insolutum et donaccionis predicte non sic ut prediccitur facte. iuris insinuacionis. legi prohibenti penam in contrattibus apponi et appositam non exigi. beneficio restitucionis in integrum senatus consultus Velliani 12 et omnibus aliis legibus iuribus ausiliis et beneficiis quibus seu quorum aliquo se posset seu possent contra preditta defendere vel tueri. iuri quoque quo cavetur generalem renunciaciōnem in contrattibus non valere. volensque preditta generalis renunciacio valeat et teneat tam ad specficata quam ad non specficata et quod non specficata pro specficatis habeantur et intelligantur cerciorata prius ut dixit per iurisperitum virum de renunciacionibus subdittis et pro predittis omnibus et singulis supradittis firmiter [...]endis et inviolabiliter observandis prefata domina Luccia stans una nobiscum intus ortum hospicii habitacionis ipsarum partium ubi presens contractus extitit coram nobis solenniter celebratus in manibus ipsorum coniugum presencium deferent [...] ad sancta Dei evangelia prestitit iuramentum. Acto expresse inter partes ipsas quod si in presenti instrumento quispiam inveniatur defectus quod defectus ipse possit per nos qui supra corrigi suppleri et emendari se [...] non mutata. non obstante quod fuerit parti traditum et Curie presentatum. Unde ad futuram memoriam et certitudinem predittorum cautelamque dittorum coniugum ad ipsorum requisicionem depren [...] scripsi et in puplicam formam redigi 13 ego Bernorius de Prothomagistro de Neritono requisitus et rogatus per supradittum notarium Franciscum de Guarreorio principaliter ad ipsum conficiendum rogatum vigore et aut [...] cum seta ialea et rubea comonitarum per serenissimum et inclitum dominum dominum nostrum felicis memorie regem Ferdinandum Sicilie Ierusalem et Hungarie [...] celebratos et celebrando tam per eum quam per quosvis notarios ditti rengni absentes impotentes cecos paraliticos luceque carentes vel modo alio impeditos per alios

*scribi faccere [.....] per clausulam subscriptam dittarum regiarum literarum sibi ut supra gracciose concessarum tenoris et continencie sequentis videlicet. nec non tenor e ..... (seguono 11 righi di cui ciascuno è per i due terzi mancante).*

- + *Ego qui supra notarius Franciscus de Guarrelio predictum instrumentum autoritate predicta per manus supradicti Bernorii de Prothomagistro scribi feci et mei propria manu subscripsi et solito meo consueto signo signavi* (segue il segno del tabellionato).
- + *Franciscus Tisus de Neritono qui supra regius ad contrattus ad vitam iudex.*
- + *Ego Iohannes Franciscus Martialis de Neritono testis sum.*
- + *Ego Benedictus de Sermaystro de Neritono testis sum.*
- + *Ego Philippus de Castello de Neritono qui supra testis sum.*

1 La pergamena è interessante non per il contenuto ma per l'ortografia che spesso assume forme assolutamente insolite. Qui, come più giù, il gruppo consonantico *gn* è preceduto da una altra *n*.

- 2 Da notare la sovrabbondanza delle *c*.
- 3 Spesso il gruppo *ct* è chiaramente, come qui, trasformato in *tt*.
- 4 Così nella pergamena.
- 5 La *sc* viene sostituita da *ss*.
- 6 Così nella pergamena.
- 7 Così nella pergamena.
- 8 Così nella pergamena.
- 9 Così nella pergamena.
- 10 Questa volta la *x* sostituisce la *s*.
- 11 Così nella pergamena.
- 12 Così nella pergamena.
- 13 Così nella pergamena.

## XXV

15., ottobre 3, ind. V 1,

Carlo e Giovanna re di Sicilia a [...], Nardò.

L'abate Luca Pecoraro fa transuntare due diplomi: del conte Goffredo *dominator civitatis Neritonii* [1092] e di Federico II (1223, agosto, ind. XI, Melfi), con cui Goffredo offre *pro anima* all'abate Everardo, del monastero di S. Maria, le terre di S. Nicola, Ogerio e Lucuniano; e Federico conferma le donazioni, già ricevute dal monastero, del feudo di S. Nicola ad Erneo, del territorio detto *Petri de Vito*, del feudo di Santa Venere, del casale di Tavella, della grangia di S. Maria *de Actiliano*, di S. Nicola *de Ciliano*.

Orig., perg. n. 101, di cm. 37x33, in cattivo stato con grossi fori in alto e a sinistra, che impediscono la lettura.

*In Dei nomine amen. Anno a nativitate domini nostri [Ihesu Christi .....] regnantibus sererennissimis 3 et excelsis dominis Iohanna regina et Carolo rege Castelle Aragonum utriusque Sicilie Ie-*

rusalem etc. regnorum [nostrorum ..... mens]e octobri die tertia eiusdem sexta indictione Neritoni. Nos Loysius Manerius de Neritono regius per totum regnum Sicilie citra farum ad contractus ad vitam [iudex .....] regia et apostolica auctoritate notarius et infra-scripti testes Loysius Fisius. Nicolaus Drimius. Franciscus de Sancto Blasio. Antonellus de Fonte Francisco et Petrus de Ianulo de N[eritono] ..... vocati] atque rogati. presenti publico instrumento fatemur notum facimus et testamur quod in nostri presencia constitutus reverendus abbas dominus Lucas Pecorarius canonicus Maioris Ecclesie et Ec[cl]..... presentavit et publice legi dedit quasdam litteras et antiqua diplomata Goffridi incliti comitis et Friderici imperatoris et regis Sicilie in carta de pergameno scripta non corrosa. non [.....] sed omni prorsus visibili vicio et suspicione carentia. tenoris et continentie subsequentis.

In nomine sanctissime Trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo [.....] Goffridus omnipotens Dei favente clementia inclitus comes. dominator civitatis Neritoni etc. in remissionem meorum peccaminum et pro mercere et salute anime mee coram domino Everardo abate monast[erii] ..... minato de Lupo procuratore et notario curie mee. bona mea voluntate et sincerissimo desiderio per hanc oblationis cartam offero predictis onnipotenti Deo Beate Marie semper Virgini et presenti abbati eius cenobii. posteris[.....] pertinentiis suis iuxta viam baccibam a foris predict[a] civitat[e] que est iuxta olivetum et vadit per limitonem ad territorium incultum quod communiter dicitur Imbrici et terram de Ogerio que est iuxta predictam viam [.....] et prius habuit in loco Tabelle insuper tenimentum Derne cum omnibus iuribus et pertinentiis suis quod dicebatur antequam veniret nostre aule Mortizzo. cuius fines iste sunt. ex parte occidentis vinee et oliveta. a noto [.....] Nicolao. ab oriente olive prefati monasterii Sancte Marie de Neritono. a meridie curtis Apellaro qui dicitur de Gallicoloni et interum vadit ad vineas et oliveta et in via communi eiusdem Sancti Nicolai. que [.....] et amodo trado et consigno predictis venerabilibus rectoribus prefati et sancti monasterii terram ipsam cum suis pertinentiis. Item tenimentum et feudum appellatum Lucanianum cum omnibus suis bonis que infra se habet et [.....] tis eum pertinentibus et quomodocumque pertinendis. et predicta omnia ad dominandum tenendum et possidendum ad arandum plantandum et beneficiandum libere prefatis venerabilibus rectoribus monasterii predicti posterisque suisque successoribus [.....] monasterii et cenobii predicti Sancte Marie de Nerito. absque ulla mea meorumque heredum et successorum contradictione vel requisitione quia nec mihi nec alicui homini ullam portionem vel sortitionem reservavi. Hanc oblationem quam [.....] feci et signavi cartam sicut supra legitur. Unde pro confirmatione huius oblationis per librum regule Sancti Benedicti prefato domino abbati per manus meas admote et H[en]everardo reverendissimo priori adstante cum eo Antelmo suo advo[.....]didi quatenus a modo per cuncta huius labentis mundi tempora sub potestate et dominatione prefati cenobii eiusque rectorum permaneant

sicut supra declaratum est. Insuper donec vixerint vobis vestrisque successoribus tres scilicet presbiter [...] suus germanus erunt sub vestra vestrorumque potestate. et qualecumque servitum mihi usi fuerint facere ut faciant vobis a modo et volo et mando. neque quidquam ad meos filios aliosque heredes et successores ex hac oblatione extimamus ad ipsos et suos [heredes] spectare. Si quis autem cum detimento quod absit anime sue oblatione timoris et amori heterni regis hanc nostram offertionis traditionis et perpetue donationis cartam temerario hausu hevacuare seu rumpere tentaverit. obligo eum et suos heredes ad solvendum vobis vestroque monasterio et successoribus solidos centum et alios tantos in nostra Curia Regia. et postea carta nostre oblationis traditionis et donationis semper et in perpetuum in sua permaneat firmitate. In qua subptus signum vivifice crucis ego prefatus comes manu mea feci atque meo plumbeo sigillo sigillare precepi. quam scribere iussi Carolum nostrum notarium mense et inductione pretitulatis. + Signum proprie manus mei qui supra Goffridus inclitus comes. + Signum proprie manus mee Sikelgaite comitisse. + Signum proprie manus Rوبرti Cupersanensi. + Signum militis Petri Albereti. + Signum Cantelmi de Longa Villa. + Signum manus Philippi militis. + Signum Alemanni. + Signum Roberti. + Signum manus Octavii militis + Signum Goffredi de Parabula. + Signum Gilberti de Traimo. + Signum Rogerii vice comitis. Subtus quod diploma originale Goffredi incliti comitis adest appensum sigillum in plumbō cum cordula canapis. in cuius parte anteriori est effigies sedentis hominis cum corona in capite et sceptro in manu dextra. et in parte posteriori dicti sigilli scriptum legitur in plumbō literis in eodem expressis. Goffridus Dei gratia inclitus comes. Diploma vero sive privilegium Friderici imperatoris et regis Sicilie est per omnia tenoris et continentie ut sequitur.

Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Cum ex pietatis officio Dei ministris intendamus favores nostre benignitatis extendere. laudabilius noscitur viris religiosis nostra cura provisionis impendi. qui tanto debent a secularibus esse curis exempti quanto magis expedit ut orationes eorum quas pro salute Cristianitatis impendunt a molestis non debeant nec infestis casibus perturbari. Ex his enim sacris operibus actus nostros feliciter decoramus si religiosis divinis obsequiis intendentibus ad nos tamquam ad unicum et singulare refugium accurrentes. mansuetudinis nostre gremium reseremus et iustis supplicationibus aures nostrum culmen benevolas non avertat. Ea propter preces et supplicationes quas dilectissimus in Christo frater Paulus abbas monasterii Sancte Marie de Nerito et fratres eiusdem lacrimabiliter porrexerunt ex innata nostra benig[nita]te adtraximus. et eorum [...] favorabili prosequentes assensu predictum monasterium Sancte Marie de Nerito cum universis bonis sibi concessis et donatis per quondam Goffridum inclitum comitem et alios fideles quoslibet Cristianos [...] prefata civitate [...] quam alibi per totum regnum nostrum Sicilie et que in futurum dante Domino per quoscumque concedentur et donabuntur monasterio supradicto ipsique abbati et ecclesie ex nunc confirmamus

et teneri [.....] mon[.....] cupimus. et ibidem tam acquisita quam acquirenda perpetuo illibata serventur. et pro salute quoque animalium patris atque matris nostrorum recolende memorie confirmamus venerabili abbati predicto et success[oribus eius] cuncta bona feudi Sancti Nicolai ad Erneum et pertinentias et vaxallos. Item tenimentum dictum Petri de Vito et feudum Sancte Veneris cum pertinentiis suis et que tenet tam in Nerito ut supra dicitur quam extra et per totum regnum nostrum Sicilie et specialiter casale Tavelle cum vaxallis et iurisdictionibus suis. et quod ipsius casalis homines societatem semper habeant cum hominibus Neritoni. nec non decimas omnes civitatis Nerito 3 sicut a predicto comite sunt concesse. grantiam quoque Sancte Marie de Actiliano cum tenimentis suis et ipsius terris cultis et incultis. et cellam Sancti Nicolai de Ciliiano prope Nerito cum terris domibus et vaxallis suis. oblationes fidelium. donationes comitum et baronum seu quecumque alia que quolibet iusto titulo ipsum monasterium tenet et possidet. et si qua postea ipsi monasterio concessa donata et oblata fuerint a quibuscumque personis et ea nostre auctoritatis munimine communimus. de speciali quoque gratia monasterio ipsi et ecclesie Sancte Marie de Nerito communicata vaxallos possessiones bona et loca cum pertinentiis suis liberamus et eximimus ab omnibus servitiis et onere. quodcumque sit illud. que nostre Curie comitibus baronibus seu quibuscumque personis aliis debeantur. cum monasterium ipsum cum omnibus bonis et rebus suis acquisitis vel etiam acquirendis plena et perpetua velimus libertate potiri. volentes ut nullus auxus sit dictum monasterium abatem eiusdem seu fratres et successores eorum super iis vel aliquo premissorum deinceps aliquatenus molestare. quod si aliter quisquam fecerit indignationem celitudinis nostre se noverit incursum. Ad huius autem confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valitum presens privilegium per manus Iacobi de Bandra notarii et scribe nostri scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Melfie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo tertio mense augusti undecime inductionis. imperii domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et gloriosissimi regis Sicilie anno tertio. regni vero Sicilie vigesimo quinto feliciter amen. In fine cuius privilegi pendet appensum cordulis sericis sigillum in cera rubra cum immagine supradicti imperatoris Friderici cum inscriptione circumposita et resultante in eodem sigillo ex cera rubea que sic habet. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator rex Sicilie etc. Post quarum quidem originalium licterarum seu diplomatum presentationem et opportunam inspectionem et lectionem per nos factam prefatus abbas Lucas Pecorarius asseruit coram nobis dictarum licterarum sive diplomatum publicum transumptum opus habere ad presentandum per eum seu alios quo supra nomine. si. quoties. quando. ubi. et coram quibus opus fuerit. Proinde nos requisivit. nostrum super hoc officium implorando. ut ad presentis dicti abbatis Luce cautelam et omnium quorumcumque interest et poterit interesse diplomata supradicta ex originalibus publica auctoritate transumptare exemplare describere et in publicam formam redigere deberemus. dictis quidem ori-

*ginalibus licteris et diplomatis penes dictum abbatem Lucam Pecorarium vel eius principalem remanentibus pro cautela. Nos vero videntes petitionem dicti abbatis et economi Maioris et episcopalis Ecclesie Neritonensis esse iustum et rationi consonam et iusta et rationabiliter potentibus non est denegandus assensus. maxime quia officium nostrum ubi iuste petitur nemini denegare possumus nec debemus. presertim in iis qui honestatem sapiunt. cum sit publicum. dictas litteras sive diplomata que ut supra vidimus consideravimus legimus et ispeximus diligenter presenti instrumento publico reassumpsimus transumptavimus descripsimus et exemplavimus et in presentem publicam formam redegimus nihil prorsus diminuto addito seu mutato sed de verbo ad verbum prout in dictis originalibus continetur. Quod quidem publicum transumpti instrumentum ego predictus notarius Antonius de Guerriero. publicus ut supra regia et apostolica auctoritate notarius. scripsi meo solito signo signavi. subscriptione mei qui supra iudicis et testium infrascriptorum subscriptionibus vallavimus et roboravimus. Superius in diplomate imperatoris Friderici post verba. decimas omnes civitatis Nerto. omissa sunt per inadvertentiam mei ipsius notarii sequentia verba. et omnium casalium baronum honoris Neriti. Sequitur deinde sicut etc. ideo hic addidimus et supplevimus iuxta suum originale et ad fidem. + Ego Loysius Manerius de Neritono qui supra regius ad contractus iudex.*

+ *Ego Franciscus de Sancto Blasio testis sum*

+ *Nicolaus Drimius testatur.*

+ *Antonellus de Fontefrancisco testis sum.*

+ *Petrus de Ianulo de Neritono testis sum.*

+ Λοιστό Θιστό μάρτυρ ύπεγραψε

1 Nel regesto del documento, in «*Studi Salentini*» IX a pag. 43, è apparsa per errore tipografico ind. IV invece che V (nel testo leggesi VI, ma è indiz. bizantina); così, per errore, la nota corrispondente al n. 85, nella pag. 52, è stata invece riportata col n. 88. Il documento, di cui non riusciamo a leggere l'anno, è stato posto in fine degli strumenti stesi durante il regno di Carlo e Giovanna perchè, in base alla sola indizione, potrebbe egualmente attribuirsi al 1517, al 1532 o al 1547 e non abbiamo alcun elemento per definire l'anno esatto.

2 Così nella pergamena.

3 C'è, sulla pergamena, in tal punto un asterisco; infatti in calce al documento il notaio fa un richiamo.

## XXVI

1695, novembre 2, ind. IV, Nardò.

Orazio Fortunato, vescovo di Nardò, fa transuntare due vetusti atti di donazione in favore della chiesa di S. Maria di Nardò: la concessione della chiesa di Santa Venere *seu Parasceve* fatta da Guglielmo Guarrisio, successore nel feudo che era di Paolo de Caniano (1170, agosto,

ind. III) e il privilegio di Federico II (1223, agosto, ind. XI, Melfi) che concede S. Nicola ad Erneo, il tenimento *Petri de Vito* e il feudo di Santa Venere col suo territorio e, in particolare, col casale di Tabella.

Copia, perg. n. 143, di cm. 57x50, in mediocre stato, scolorita e macchiata in più punti.

*In Dei nomine amen. Die secunda mensis novembris quarte indictionis millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto in civitate Neritonis regnante etc. Nos etc. Fatemur etc. quod accersitis nobis etc. ad episcopale palatium civitatis predicte ad petitionem et requisitionem nobis factas pro parte et ad instantiam illustrissimi et reverendissimi domini Horatii Fortunato 1 Dei et Apostolice Sedis gratia Neritonensis episcopi prefatus illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus Horatius personaliter coram nobis etc. constitutus asseruit suam Cathedralem Ecclesiam tempore quo per abbates Sancti Benedicti regebatur plures concessiones feudorum et casalium a nonnullis Christi fidelibus christianisque principibus obtinuisse et super concessionibus predictis assensum a Frederico Romanorum imperatore semper augusto ac exemptionem omnium onerum dictorum feudorum et casalium eius Curie et aliis baronibus debitorum impetrasse vigore privilegii sub datum Melfie anno Domini 1223 quarum concessionum vigore et privilegii predicti dictorum feudorum casalium et aliorum bonorum ecclesiam predictam per iam longhuum 2 tempus possessionem habuisse pacificam et quietam prout ad presens habere dixit. Et quoniām privilegium predictum ob temporis vetustatem est in aliquibus partibus corrosum et sic etiam concessio Sancte Veneris seu Parasceve. dubitans dictus illustrissimus dominus episcopus ne in posterum magis corrodantur aut illa disperdantur. volens obinde dictam suam ecclesiam cautelare prout decet. idcirco demonstratis nobis etc. et ostensi privilegio predicto ac dicta concessione feudi Sancte Veneris que in pergameno scripta vidimus tenuimus inspeximus diligenter et attente legimus non cancellata non abolita nec abrasa set omni vicio et suspicione carentia atque in prima figura concessionem dictumque privilegium authenticare exemplare transcribere et in publicam formam redigere deberemus. Quibus petitionibus iustis dicti illustrissimi et reverendissimi domini episcopi annuentes. quia non possumus. neque debemus nostrum officium quod est publicum alicui. ubi iuste petitur. denegare et maxime quia in hoc pium et ecclesiasticum negotium agere videtur concessionem et privilegium predicta nihil in eis adiunto addito vel subtracto aut diminuto authenticavimus trascrisimus et exemplarimus ac in presentem publicam formam redegimus. et erant prout sunt per omnia tenoris et continentie subsequentis. In primis tenor concessionis predicte feudi Sancte Veneris est talis etc.*

*Foris. Donatio ..... 3 Veneris. Anno Domini 1170. Intus vero. In nomine Domini et Marie. Anno incarnationis domini nostri [Ihesu Christi millesimo] centesimo septuagesimo mense augusti indictione tertia regni vero dominii 4 nostri W. Gu[.....] regni 5 Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue quarto feliciter amen. Ego W. Guarrisius 6 succes-*

sor et heres feudi quod fuit olim Pauli de Caniano ducens in controversiam 7 te Paganum venerabilem abbatem Sancte Marie Neritonis de ecclesia Sancte Paraseve 8 cum tenimento et vineis quas dominus Paulus meus sororius plantaverat in terra Rogerii filii Mansi et eidem vestre ecclesie Sancte Marie Neritonis in testamento suo pro remedio animarum parentum suorum et sue concesserat. novissime rogatu domini baronis 9 de Caniano et genitoris predicti Pauli et plurimorum bonorum hominum. donationem prefati Pauli cognati mei eorumque petitionem iustum et rationabilem esse considerans. pro salute mea meorumque eorum precibus benigne assensum prebui. Et quoniam decet quemque fidelem christianum ecclesias augmentare et modis omnibus manuteneare. divino spiritu [excitatus] venimus ad ecclesiam prefate genitricis Marie et coram subscriptis testibus vestre ecclesie Sancte Marie Neritonis et domno Pagano venerabili abbati eiusdem ecclesie eiusque successoribus secundum continentiam testamenti quod de prefata ecclesia Sancte Paraseve et tenimento et vineis domini Pauli [et omnibus suis pertinentiis fecerat] nos eamdem donationem in perpetuum concedimus et penitus confirmamus [salvis] per omnia instantiis 10 Rogerii filii Mansi [in feudo supradicto]. Nos autem nostrique heredes et successores et defensores tibi tuisque successoribus [de iam dicta] donati[one esse volumus. si vero] nos nostrique heredes et successores vos vestrosque successores [et heredes in aliquo] nostro rogatu nostra manu si gratum et idoneorum hominum testimonio roboratum. In calce cuius scripture adsunt infrascripte subscriptiones cum signis sequentibus.  
 + Ego W. de Guarresio oc 11 firmo. + Ego Gualterius de Roccaforte testis sum. + Ego Nicolaus de Manzan 12 testis sum. + Ego Roggerius filius Mansi. + Ego Robertus de Caniano testis sum. + Guido testatur qui Roggerio generatur. Post quas subscriptiones adest quedam subscriptione litterarum grecarum. Locus+dicte subscriptionis. Tenor vero privilegii imperatoris Frederici est videlicet. 13.

Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie etc. Cum ex pietatis officio cunctis Dei ministris se debeat faciem nostrae benignitatis ostendere 14 laudabilius noscitur viris religiosis nostra cura provisionis impendi. qui tanto debent a secularibus esse curis exempti quanto magis expedit. ut orationes eorum quas pro salute Christianitatis effundunt molestis non debeant nec infestis casibus perturbari. ex his enim sacris virtutibus 15 actus nostros feliciter decoramus si religiosi divinis obsequiis intendenteribus ad nos tamquam ad unicum et singulare refugium concurrentibus 16 mansuetudinis nostre gremium referemus 17 iustis eorum supplicationibus aures nostra clementia benevolas non avertat. Eapropter preces et supplicaciones quas dilecti 18 in Christo frater Paulus abbas monasterii Sancte Marie de Nerito et fratres eius 19 nobis lacrimabiliter porrexerunt ex innata nobis benignitate admisimus et eorum desiderio nostrae 20 serenitatis prosequentes assensu. predictum monasterium Sancte Marie de Nerito cum universis bonis sibi concessis et donatis per quondam Goffridum 21 comitem et alios fideles quoslibet Christianos tam in predicta civitate quam extra et per totum 22 regnum nostrum Sicilie et que in futurum. dante Domino. per quoscumque concedentur et

donentur 23 monasterio predicto 24 sub in ..... et ipsi monasterio propria iura cupimus et intendimus volumus ..... sempre illibata servari et pro salute quoque animarum patris et [matris] nostrorum recolende memorie confirmamus venerabili dicto 25 ..... omnia vestimenta et loca videlicet S. Nicolai ad Herneum et Petii 26 ..... predicti quondam comitis est expressum et quod tenet tam in Nerito sicut predicitur 27 quam extra et per totum nostrum regnum 28 predictum et specialiter casale Tavelle cum vaxallis et hominibus Nerito. nec non decimas omnes ..... tus civitate Nerito et omnium casalium baronum honoris Nerito sicuti per dictum quondam comitem 31 sunt concesse. grangiam quoque Sancte Marie de Actilano. Meianeum cum olivis 32 terris cultis et incultis. ac cellam Sancti Nicolai de Cigliano prope Nerito cum terris domibus et vaxallis suis. oblationes fidelium. donationes comitum et baronum seu queque 33 alia quolibet iusto titulo ipsum monasterium tenet et possidet et si que ipsi monasterio postea concessa donata vel 34 oblata fuerint a quibuscumque personis et ea nostre authoritatis munimine communimus de speciali quoque gratia monasterio ipsi 35 Sancte Marie de Nerito omnia 36 tenimenta vaxallos et possessiones et bona et loca cum pertinentiis suis liberamus et eximimus ab omnibus servitiis et onere. quodcumque sit illudque nostre Curie comitibus baronibus seu quibuscumque personis aliis debeat. cum monasterium ipsum cum omnibus bonis et iuribus suis 37 acquisitis vel etiam acquirendis plena et perpetua volumus libertate potiri. Volentes ut nullus ausus sit dilectum 38 monasterium abbatem eiusdem seu fratres et successores eorum super hiis vel aliquo premissorum deinceps aliquantulum 39 molestare. quod si aliquis presumeret 40 indignationem celsitudinis nostre se noverat 41 incursum. Ad huius autem confirmationis nostre memoriam et robur perpetuum valitum presens privilegium per manus Iacobi de Bantra notarii et fidelis 42 nostri scribere et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Melfie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo tertio mense augusti XI indictionis imperi domini nostri Frederici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et gloriosissimi regis Sicilie anno tertio. regni vero Sicilie vigesimo quinto feliciter amen. In calce cuius privilegii apparet signum in quo sigillum maiestatis predicte pendebat.

Fatentes nos etc. quod loca predicta in albo relictæ et non scripta sed solummodo punctata fuerunt et sunt talia relictæ quia in eisdem locis originalia erant corrosa in maiori parte et aliquibus locis character ob temporis velustatem non poterat diiudicari. De quibus omnibus ita peractis transumptis et exemplatis dictus illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus Horatius in nos etc. prius consentiens etc. statim requisivit nos etc. quod ad cautelam dicte sue ecclesie publicum confidere deberemus. Actum nos autem etc. unde etc. presentibus opportunitis etc.

Extracta est presens copia a suo proprio originali sistente in actis mei infrascripti notarii cum quo facta collectio concordat meliori semper salva. et ad fidem ego Donatus de Cupertino publicus regia et apostolica autoritate notarius de civitate Neritonii hic me subscripsi et

*signavi rogatus.* (segue segno del tabellionato).

- 1 Così nella pergamena.
- 2 Così nella pergamena.
- 3 I punti sospensivi sono anche nella pergamena e, come si legge in calce al documento, corrispondono a guasti riscontrati negli originali già nel 1695. Nei passi successivi il testo viene integrato dall'Ughelli, che, in op. cit., vol. X alle colonne 296-297 e 300 trascrive i due documenti. Le integrazioni vengono poste tra parentesi quadre tutte le volte che appaiano come molto probabili. Le varianti di Ughelli ai due testi che noi abbiamo in questa copia del 1695 vengono invece indicate in nota.
- 4 Così nella pergamena.
- 5 Ughelli legge: *regis*.
- 6 Ughelli: *Guarresius*.
- 7 Ughelli: *ducens controversiam contra*.
- 8 Ughelli: *Parasceve*.
- 9 Ughelli: *Janonis*.
- 10 Ughelli: *iusticiis*.
- 11 Così nella pergamena
- 12 Ughelli: *Manzanus*.
- 13 Pel diploma di Federico, che segue, v. pure il doc. n. del 15.. che egualmente lo riporta in transunto ed è senz'altro aderente alla trascrizione fattane da Ughelli.
- 14 In Ughelli e in doc. cit.: *ministris intendamus favores nostre benignitatis extenderemus*.
- 15 In Ughelli e in doc. cit.: *accurrentes*.
- 17 In Ughelli e in doc. cit.: *reseremus et*.
- 18 In Ughelli e in doc. cit.: *dilectissimus*.
- 19 In Ughelli e in doc. cit.: *etiusdem*.
- 20 In Ughelli: *desiderium favorabili*.
- 21 In Ughelli e in doc. cit.: *inclitum comitem*.
- 22 In Ughelli e in doc. cit. in *prefata civitate contentis quam alibi per totum*.
- 23 In Ughelli e in doc. cit.: *donabuntur*.
- 24 In Ughelli e in doc. cit. (ove, peraltro, alcune parole sono sostituite da punti sospensivi) comincia qui una lunga, notevole variante: *supradicto ipsique abbati et ecclesie ex nunc ea confirmamus et teneri a modo ipsius monasterii propria iura cupimus. Et ibidem tam acquisita quam acquirenda perpetuo illibata serventur et pro salute*.
- 25 Anche qui Ughelli e il doc. cit. recano una notevole variante: *abbati predicto et successoribus cuncta bona feudi S. Nicolai*.
- 26 In Ughelli e in doc. cit.: *et pertinentias et vassallos. Item tenimentum dicto Petri de Vito et feudum Sancte Veneris cum pertinentiis suis et que tenet*.
- 27 In Ughelli e in doc. cit.: *ut supra dicitur*.
- 28 In Ughelli e in doc. cit.: *regnum Sicilie*.
- 29 In Ughelli e in doc. cit.: *iurisdictionibus*.
- 30 In Ughelli e in doc. cit.: *Neritonii*.
- 31 In Ughelli e in doc. cit. è altra notevole variante: *decimas omnes ci-vitatis Neriti sicut a predicto quondam comite sunt concesse*.
- 32 In Ughelli e in doc. cit.: *Actiliano cum tenimentis suis et ipsius terris*.
- 33 In Ughelli e in doc. cit.: *quecumque alia que quolibet*.
- 34 In Ughelli e in doc. cit.: *donata et oblata*.
- 35 In Ughelli e in doc. cit.: *ipsi et ecclesie Sancte*.
- 36 In Ughelli e in doc. cit.: *Nerito communicata vascallos possessiones bona*.
- 37 In Ughelli e in doc. cit.: *bonis ac rebus suis*.
- 38 In Ughelli e in doc. cit.: *dictum*.
- 39 In Ughelli e in doc. cit.: *aliquatenus*.
- 40 In Ughelli e in doc. cit.: *si aliter quisquam fecerit*.
- 41 Così nella pergamena: evidente errore per *noverit*.
- 42 In Ughelli e ne' doc. cit.: *Iacobi de Bandra notarii et scribe nostri*.